






SILAS WRIGHT DUNNING
BEQUEST
UNIVERSITY OF MICHIGAN
GENERAL LIBRARY


SILAS WRIGHT DUNNING
BEQUEST
UNIVERSITY OF MICHIGAN
GENERAL LIBRARY



INVENTAIRE

DES

ARCHIVES SEIGNEURIALES

DE

L'ARGENTIÈRE

EN 1481

Publiées d'après un manuscrit de l'époque

PAR

l'Abbé Paul GUILLAUME

Chanoine honoraire de Gap
Correspondant du Ministère de l'Instruction publique et du Comité des Beaux-Arts
Archiviste des Hautes-Alpes

GAP
AU SECRÉTARIAT DE LA
Société d'Études
HÔTEL DE LA PRÉFECTURE

PARIS
ALPHONSE PICARD
Libraire-Éditeur
82, RUE BONAPARTE, 82

1888

Gap, Imp. Jouglard Père et Fils.

INVENTAIRE

DES

ARCHIVES SEIGNEURIALES

DE

L'ARGENTIÈRE

[illegible]

Publié d'après un manuscrit [illegible]

PAR

l'abbé Paul [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

GAP

AU SECRÉTARIAT DE [illegible]

SOCIÉTÉ D'ÉTUDES

HÔTEL DE LA PRÉFECTURE

PARIS

[illegible]

[illegible]

[illegible]

188[illegible]

INVENTAIRE

DES

ARCHIVES SEIGNEURIALES

DE

L'ARGENTIÈRE

EN 1481

REPERTORIUM instrumentorum tangencium castri Argenterie, Ebrudunensis dyocesis, incompillatum seu inceptum M° CCCC° LXXXI°, die xxvii augusti; videlicet tam recognitionum, albergamentorum, emptionum, retentionum ac transactionum et homagiorum prestitorum domino gubernatori Dalphinatus, quam pro hominibus factorum Domino, ac etiam instrumentorum concessorum per dominos Dalphinos cumdominis Argenterie pro temporibus preteritis, et plurium aliorum instrumentorum, ut inferius continetur (1).

1. Albergamentum seu vidimus montanee Alpis Martini, factum per dom. Guigonem, dalphinum, hominibus mandamenti et parrochie Argenterie, que debit dividi per poias inter dictos homines. 1246, die vi mensis octobris, apud Brian-

(1) Au f° 2, on lit à peu près le même titre : *REPERTORIUM compilatum seu inceptum M° CCCC LXXX primo et die xxvii augusti, videlicet de instrumentis pertinentibus Domino Argenterie, in eodem loco et terratorio, tam recognicionum, albergamentorum, emptionum, retentionum ac transactionum, homagiorum et aliorum.* — Ce titre explique celui qui se lit sur la couverture : *REPERTORIUM novum extractum ab aliis precedentibus de Argenteria, compilatum anno Domini M° CCCC LXXX primo, die xxvii augusti.* Puis, au-dessous : *MONT ETNART.*

sonum, in castro; existen[tibus] Bertrando de Angelas, cambellario nostro, Amblardo de Torona, castellano Briansoni, et Martino Charbonelli, castellano Ecilliarum, et Hugone Bermondi, castellano Argenterie, et Petro Sillini, notario nostro, sub sigillo dicti domini. (3',3). 6 oct. 1246.

2. Liber nominatus *Copia multorum*. In quo libro, in principio, sunt IIIJ folea pergameni videlicet : Tercia inquisicio 1265, indictione VIIJ, II idus jullii, convocata ab universitate hominum castri et mandamenti Argenterie, etc. Liber papiri, copia instrumenti a[l]bergamenti et empcionis dom. Dalphini apud Vallem Putem (*sic*). (36,3). 14 juil. 1265.

3. Item recogniciones extractas a Camera, in volumine libri pergameni, in quo sunt tres inquisiciones, in quibus due prime sunt sine anno et die; tercia vero 1265, indictione VIIJ, secunda idus jullii. In quo sunt descripte XXII folea, signata per Guiffredi et Andrici, clericos Camere. (3',1). 14 juil. 1265.

4. Tres littere a[l]bergamenti concesse per dom. Dalphinum, sigillo dicti dom. dalphini sigillate, supper et de pratis meariarum (*en marge* : meyrarum) Argenterie : prima, 1250; secunda, 1254; tercia, 1269. Signate per Petrum de Molestario. (4,4). 1250, 1254, 1269.

5. Empcio facta per Johannem Borrelli, dicti Chartengu, a predicto Hugone Laurencii : terre, prata, vinee ad Campum Gaillard, [qui] facit confratrie Sancti Spiritus unam emynam silliginis; precio XXXVIIJ librarum denariorum viennensium. 1273, die IIJ^a^ X^a^ exeunte mense octobris. Not. fuit Johannes Genesii. (28,2) (cf. n° 6). 19 oct. 1273.

6. Abergamentum factum per Johannem Borrelli, filium condam Guigonis, de Briensono. Tradidit in effectuosim Hugoni Laurencii quandam petiam terre et prati et vinee, silicet positam in territorio Argenterie, ad Planum, cui quoheret pratum Petri Martre, terra(m) Perone Orserie, via(m) publica(m); — item medietatem pro indiviso cujusdam petie sex sect[eyratarum], site in territorio predicto, cui quoheret terra Johannis Olive, sub censu XL solidorum bonorum denariorum viennensium. 1273, indictione prima, die X intrente mensis novembris. Not. fuit Johannes Genesii. (28,1).
[10 nov. 1273.

7. Abergamenta Johannis Borrelli, dicti Chartengu, seu empciones. Et primo, Hugo Laurencii, de Argenteria, vendidit Johanni Borrelli, vocato Chartengu, videlicet meariam quam ab eo tenebant Petrum (*sic*) Amfos et Petrum Martre; que mearia sita est apud Argenteriam, in Plano de Hergo (1); cui quoheret terra et vinea liberorum condam Petri Laurencii, via, prata et aqua que vocatur Puta. Que mearia continet x fossuratas vinee, IIIJ sect[eyratas] terre et unam sect[oratam] prati. — Item plus, vendidit eidem Johanni tres sect. terre, sitas apud summum de Plano de Herego; qui (*cui*) coheret terra Petri Amfos et via publica, ad habendum, etc.; precio xx et v librarum bonorum donariorum viennensium. 1273, die v intrente januarii. Not. fuit Andreas Rambaudi. — Aliud instrumentum de eadem materia et de dictis possessionibus, anno et die quibus supra, et per dictum notarium. (27',1; 28,1,).

[5 janv. 1273/4.

8. Concordia facta inter homines Argenterie et Vallis Pute, super pascuis. 1275, die VI exeunte mensis marcii. (32',1).

[26 mars 1275.

9. Abergamentum factum Hugoni Laurencii, de Argenteria, nomine suo et Petri Amffossii, de quodam bedali, accipiendo dictum bedale in aqua Pute, subtus Bastida[m], eidem abergati per Guillelmum Agni, Lantelmum Dorelle, Raymondum de Valle, damicellos, pro se et fratribus suis. Guigo Rabia et Ysoardus, nomine suo et aliorum, ac eciam nomine domini Dalphini, accipientes, dederunt in effectuosim dictum bedale, sub censu VIIJ denariorum bone monete. 1278, indictione VI, III idus jullii. Not. fuit Petrus de Albana. (29,3).

[13 juil. 1278.

10. Empcio Johannis Borrelli Chartengu, de certis possessionibus in territorio Argenterie in Plano Oliveriorum. 1279, die XIII intrente octobri. Not. fuit Johannes Genesii. (13',3).

[13 oct. 1279.

11. Vendicio facta dicto Johanni Borrelli per Petrum Amffossii, de certis possessionibus sitis in territoris de Argenteria,

---

(1) Le scribe avait d'abord écrit *Hego*, mais il s'est ravisé; il a effacé *Hego* et a écrit, à la suite, *Hergo*.

in plano de Herego, quod nunc dicitur Planum de Oliver. 1280, die XIIIJ aprillis. Not. fuit Petrus de Albana. (28',1).
[14 avril 1280.

12. Alia empcio facta per dictum [Johannem] Borrelli a Petro Amfos, de quadam petia terre, vinee et prati, site in territorio Argenterie, cui coheret vinea Petri Martre; precio XV librarum denariorum viennensium. 1280, die VI exeunte mense aprillis. Not. fuit Joh. Genesii. (28,3). 25 avril 1280.

13. Instrumentum limitacionis tachiarum in montanea apud Salsam. Que limitacio fuit facta per probos electos per curiam, per ejus sacramentum, videlicet : Guillelmum Grossi, Petrum Aude, Guillelmum Laurencii, Hugonem Jansolis (1), Petrum Aya, Petrum Julliani et Johannem Gauterii. Qui predicti ellecti dixerunt ad suum sacramentum; viderunt a predecessoribus suis et determinari quod alodium durat a Petra Normanda usque ad Clausum, et a Balma et a rivo de Verno, sicut extendit per pedem rupis, usque ad rochassetum de Comba inferius, prout coullat (*sic*) rivus usque ad rivum de Alpe Martino: si[c] dicunt quod illud medium est alodium. 1280, indictione VI, VIIJ nonas (2) octobris, apud Salsam. Not. fuit Petrus de Albana. (32,1). 2 oct. 1280.

14. Alia vendicio dicti Johannis Borrelli, eidem facta per dictum [Petrum] Amfos et Petrum Martre, de medietate cujusdam casamenti, in plano [de Herego, quod nunc dicitur Planum de Oliver], ut suppra (nº 11). 1280, die VIIJ idus februarii. Not. fuit Petrus de Albana. (28',2). 6 févr. 1280/1.

15. Abergamentum factum per dom. Johannem Borrelli Johanni Olive, de Argenteria, de IIIJ sect. terre, sitis in syma Plani de Herego. 1282, indictione X, VIIJ die exeunte aprillis. Not. fuit Chabertus Bayelli. (28',3). 23 avril 1282.

16. Quittacio Johannis Borrelli Chartengu, sibi concessa per Petrum Amffossii, de certis possessionibus eidem venditis in Plano de Herego in territorio Argenterie. 1288, die XV mensis aprillis. Not. fuit Michael Viollini. (29',1). 15 avril 1288.

---

(1) Mot en surcharge.

(2) *Sic*. Erreur du scribe, car en octobre il n'y a que six jours de nones. D'autre part, en 1280 l'indiction était VIIJ et non VI. Il faut donc probablement lire : « indictione VIIJ, VI nonas. »

17. Quittancia facta per Petrum Amffos Johanni Borrelli, de certis possessionibus eidem venditis in Plano de Herego, in territorio Argenterie. 1288, die xv mensis aprillis. Not. fuit Michael Viollini. (28',5). 15 avril 1288.

18. Instrumentum restitucionis possessionis castri Argenterie factum dom. Guillelmo de Camera, nomine dom. Berengarie, ejus uxoris, condomine Argenterie, per illustrissimum dom. Humbertum, dalphinum (1). 1289, indictione secunda, IX calandas septembris. Grossatum et signatum per Petrum Maleti, de papiris Petri de Albana. (48',2). 24 août 1289.

19. Littera missionis in posssessione castri Argenterie, concessa per judicem Briensonesii, commissarium Dalphinalem, videlicet Guillelmo de Camera. 1289, die beati Bartholomei. Sub sigillo. (26,5). 24 août 1289.

20. Aliud instrumentum execusionis litterarum Dalphinalium super missione possessionis dom. Guillelmi de Camera, recipientis nomine Berengarie, uxoris sue, de medietate pro indiviso castri Argenterie, per virum nobilem dom. Petrum Berardi, militem, ad hoc missum et specialiter; apud Argenteriam, 1289, IIJ ydus septembris. Not. fuit Petrus de Albana. (26',1). 11 sept. 1289.

21. Alia missio in possessione dicti castri [Argenterie] mandato dom. Humberti, dalphini, domine Berengarie. 1289, IIJ idus septembris. Not. fuit Petrus de Albana. (26',2). [11 sept. 1289.

22. Homagia prestita domini Guillelmi de Camera, nomine domine Berengarie, condomina[-ne] Argenterie. 1289, indictione II, idus III septembris, apud Argenteriam. Not. fuit Petrus de Albana. (7,5). 11 sept. 1289.

23. Aliud instrumentum, quomodo Hugo Froudani, de Argenteria, tradidit a pensione [Johanni Froudani] omnes possessiones quas habet in territorio Argenterie, versus Beceam, a Rivo Sico usque ad rivum Pertusii Rostagnii, et de Cuchia usque ad violum quod dicitur de Chialoup, excepto campo de Petra Grossa : predicta et aliis omnibus *(sic)*, eidem Johanni

(1) Il s'agit ici d'*Humbert de la Tour du Pin*, père du Dauphin *Jean II*, qui mourut vers le 16 avril 1307.

Froudani [dedit], et ipse Johannes solvat servicia, tachias et alia usagia que idem Hugo pro predictis possessionibus facere tenetur. 1290, IIIJ calandas jullii. Not. fuit Guillelmus Baudouyni. (31',4). 28 juin 1290.

24. Aliud instrumentum homagiorium. 1296, indictione IX, callandis madii, apud Argenteriam. Fecerunt fidelitatem nobili Guigoni Aurucii, pro medietate, infrascripti, videlicet : Symondus Fabri, Rodulphus Grassi, Petrus Julliani. Not. fuit Petrus Malleti. (7,4). 1er mai 1296.

25. Arrendamentum a decem annis : quodam pratum situm in Plano de Herego, per Guillelmum Chaysii, Giraudo Amffosii, de Argenteria, precio x solidorum et VI denariorum viennensium. 1296, indictione IX, die IIIJ mensis octobris. Not. fuit Radulphus Genesii. (29',2). 4 octobre 1296.

26. Emptio per Peronellam, uxorem Patri Fabri, seu venditio per eam facta(m) Johanni Berardi. 1297, indicione X, pridie calandas januarii, apud Argenteriam. Not. fuit Petrus de Albana. (13',1). 31 déc. 1297.

27. Homagia hominum pro parte nobilis Guigonis Aurucii, patrisque nobilis Alysie, uxoris domini Raymondi de Monte Albano. 1299, VIIJ callandas augusti. Grossatum per Petrum Malleti. Not. fuit Petrus de Albana. (31,2). 25 juil. 1299.

28. Abergamentum factum per dom. Guillelmum de Camera, nomine dom. Berengarie, ejus uxoris, videlicet Johanni de Aya, de Argenteria, nomine suo et successorum suorum, videlicet : quodam ortum, positum extra villam de Argenteria, cui quoheret via publica de duabus partibus orti, et Stephani Pellegrini, et orti Johannis Aude, quem tenet pro dominis dicti loci, seu alie sint confines ; sub censu trium solidorum viennensium. 1299, indictione XII, idibus novembris. Not. fuit Petrus de Albana. (32',3). 13 nov. 1299.

29. Empcio Guigonis Grossi, in Bessea, in Balma, cum retentione. 1302, die XIII aprillis. Not. fuit Petrus de Albana. (13',4). 13 avril 1302.

30. Permutatio facta inter Johannem, filium condam Johannis Melquiondi, de Argenteria, et Collinam, ejus uxorem, cum Guigone Violini, de Argenteria, dicti Grossi ; videlicet : quamdam petiam terre, sitam in cognio Bastide, et hoc pro

medietate unius sect[orate] prati, pro indiviso, sito in territorio Argenterie, ubi dicitur in Audeberto, in comba Ferauda; cui quoheret pratum Jacobi de Fressa, Petri Alaigre et pratum condam Laurencii Bourdini. 1303, indictione prima, pridie idus novembris. Not. fuit Jacobus Corneti. (32',4).

[12 nov. 1303.

31. Instrumentum investiture facte per bajullum Briensonesii, mandato expresso dom. Humberti dalphini et Johannis, ejus filii. 1304, die xvj callandis maii. Grossatum per Petrum Malleti. Not. fuit Petrus de Albana. (27,4).

[16 avril 1304.

32. Instrumentum missionis in possessione castri Argenterie, ex mandato dom. Humberti dalphini et Johannis, ejus filii, directe nobili Jordano de Berdonenchia, ballivo Briensonesii, ad requisicionem nobilis Andree de Grollea, militis. 1304, die resurrectionis Domini. Not. fuit Petrus de Albana. (26,3).

[29 mars 1304.

33. Inventarium factum per dominam Lionciam, relictam nobilis Guigonis Aurucii, dominus in parte de Argenteria, tutrix data per discretum dominum Rodulphum de Moyrenco, Alisie, filie communis dictorum Guigonis Aurucii condam et Lioncie, etc. — 1306, indictione IIII, die vero XVI jullii, apud Briensonum, in consistorio ubi jus reditur, presentibus testibus, etc. Inter cetera, dixit se invenisse, de bonis dicte pupille inmobilibus, videlicet : pratum apud Hospitale, juxta pratum Hospitalis et pratum Raymondi de Rama; —item, unum pratum in Fornello....; — item, de bonis dom. Helignoris Alamande, condamine Argenterie...; — [item], pratum dictum de Castello, situm in Plano, juxta riperiam... et juxta pratum predicte nobilis Alisie et Reymondi... (*Fragment détaché*).

[16 juil. 1306.

34. Instrumentum inventarii factum per dominam Lyonciam, matrem et administratricem nobilis Alysie Aurucie, filie nobilis Guigonis Aurucii, condominam Argenterie, et hoc de bonis predicte filie sue. 1306, et die XVI mensis jullii. Not. fuit Johannes Poncii. (24,1). 16 juil. 1306.

35. Empcio, cum retentione, Hugonis Melquiondi et Guigonis Grossi, pro alia medietate, videlicet : quodam tenamen-

tum terre, prati cum domibus, que site sunt subtus Foramen Rostagnii, de quibus fuerunt retenti per Petrum de Albana pro condamina Argenterie, confitens habuisse tercium. 1307, die IIII callendas apprillis. Not. fuit Petrus de Albana. (14',1). [29 mars 1307.

36. Recogniciones ad opus dom. Berengarie Alamande, condomina Argenterie, recepte per Joh. Aulengnerii, in libro descripto in pergameno, libri continente XXVIIJ folia. 1308, die XVIJ mensis octobris. (4,1). 17 oct. 1308.

37. Empcio Johannis de Rama, subtus castrum Borrellum, facientem tercium duorum denariorum nobili Radulpho Giraudi. 1308, die VI ydus februarii. Grossatum per Johannem Aulengnerii. Not. fuit Jacobus Corneti. (14',2). [8 févr. 1308/9.

38. Expedicio castri Argenterie facta per bajullum Briensonesii, mandato dalphinali, dom. Odone Alamandi. 1311, die IIIJ mensis jullii. Not. fuit Johannes Aulengnerii. (26',4). [4 juil. 1311.

39. Similis littera [super possessione castri Argenterie] dom. Johannis dalphini, sigillo pendenti. 1311, die VIIJ mensis jugnii. Not. fuit Andreas Cupzi. (26',6) (cf. nº 83). 8 juin 1311.

40. Arrendamentum factum de medietate Argenterie, per nobilem Odonem Allamandi, domini Sechelyne, de medietate que fuit Guillelmo de Camera, precio et nomine precii C et X libr. de O rotundo, a XVII den. valent. turon. 1311, die IIJ augusti. Not. fuit Petrus Sonnerii. (31,4). 3 août 1311.

41. Permutatio facta inter Guigonem Grossi, de Argenteria, et Johannem Garcini de quadam petia prati in territorio Argenterie, loco dicto in Audeberto; et dictus Johannes tradidit dicto Guigoni Grossi duas petias prati indivisas in dicto territorio, loco vocato ad Balmam, cum sexta parte unius diei de domoda (ebdomada ?) predicto Guigoni in beali quo[d] venit de Balma: de quibus fuerunt retenti per Petrum Gameti, castellanum apud Argenteriam pro dom. Johanne Alamandi ; se tenuit pro contento de tercio. 1312, die XI aprillis. Not. fuit Petrus de Albana. (13',2). 11 avril 1312.

42. Instrumentum missionis in possessione castri Argente-

rie dom. Beringarie de Revello, sigillo pendenti, per dom. Johannem, dalphinum. 1313, die XXIJ augusti. (27,3). [22 août 1313.

43. Instrumentum recognicionum quorumdam censuum domini Argenterie, sitorum in loco dicto in Condamina [de Briensono], videlicet de terris, possessionibus, sub censu trium solidorum XXV denariorum viennensium. 1313, die XIIII mensis decembris. Not. fuit Anthonius Tholosani, de prothocollis Guigonis Aulengnerii [*alias* Aulanier]. (10,1). 14 déc. 1313.

44. Recognitio certarum rerum sitarum in territorio Briensoni. 1313, die XIIIJ decembris. Not. fuit Anthonius Tholosani. (3,4). 14 déc. 1313

45. Instrumentum Johannis Girardi, de Valle Puta, qui rogatus fuit castellanum Argenterie et communitatem ut ips. et liberis suis vellent ipsum associare in communitatibus corum, in territorio Argenterie. Qui dictus Castellanus et communitas ipsum associaverunt in predictis communitatibus eorumdem, cum pacto quod idem Johannes Giraudi teneretur observare benna (*sic*) et alia que dicta communitas observat, et condominis Argenterie solvat coroatas, pasqueragia, charnagia et alia pertinincia dicte communitati. Sub anno 1313, indicione VI [*lis.* XI], die IX marcii, apud ecclesiam beate Appolinaris, ante clocherium. Grossatum per Petrum Malleti, de papiris Petri Albana condam. (48',1). 9 mars 1313/4.

46. Alius liber conominatus : « *Les* IIJ *dames* » in capite coperture, in quo sunt copiate tres recogniciones : Prima 1313, die XVIJ septembris (f° primo) et primo, Petrus de Albana, notarius, recognovit dom. Berengarie Alamande, relicte nobilis Guillelmi Aurucii, condomina castri Argenterie pro media parte... — In eodem libro, alia recognicio ad opus nobilis dom. Alysie Aurucie, condomina Argenterie, per Johannem Aulengnerii, notarii, et grossata per Johannem Aloys, 1320, die V mensis aprillis... — In eodem libro, alia recognicio, copia recognicionis ad opus dom. Helygnoris Alamande, condomina Argenterie, sub anno 1351, die XXII mensis maii, recepta per Petrum Floris. Grossatum per Anthonium Astiui (36',1). 17 sept. 1313, 5 avril 1320, 22 mai 1351.

47. De Petra Sancta. — 1315, die XVII mensis decem-

bris apud Argenteriam, quod constitutus frater Bernardus Lautaudi, rector domus Petre Sancte, in presentia mei notarii subscripti, idem frater Bernardus obstulit (*sic*) quamdam litteram patentem dom. Guigonis dalphini, comittis Albonis, facientem mentionem quomodo ipse albergavit fratri Petro de Blachia, recipienti nomine domus Sepulcri de Petra Sancta, etc., sub censu VI solidorum viennensium et unum sect. avene, ut plenius continetur in dicto instrumento. Not. fuit Johannes Aulengnerii. (12',1). 17 déc. 1315.

48. Recognitio domus de Petra Sancta, facta per fratrem Bernardum Leotaudi, rectorem domus Petre Sancte, coram nobili Humberto, conrearii, nomine dom. Berengarie Alamande, condomine Argenterie. 1315, die XVII mensis decembris, apud Argenteriam. Not. fuit Johannes Aulengnerii. Sig. verso CCXIII. (19,3). 17 déc. 1315.

49. Compromissum seu procurationem uuiversitatis Argenterie super terciis et laudimiis. — Anno 1316, die XIIII mensis aprillis, apud Argenterium, infra cameram Petri Albani, notarii, congregata universitas Argenterie, presente nobili Baudeto de Comeriis, castellano dom. Dalphini in dicto loco, homines universitatis fecerunt, constituerunt procuratores, habentes potestatem ad agendum, transigendum et componendum tantum et cum curia dom. Dalphini, cum predicto castellano, super inquisitione facta ex officio curie predicti dom. Dalphini contra omnes et singulos homines universitatis predicte, super rebus franchiis, terciabus (*sic*), pascuis, ripagiis, nemoribus nigris, pathegos, legatis, successionibus et aliis usagiis et consuetudinibus, etc. Not. fuit Johannes Aulengnerii. (13,1). 14 avril 1316.

50. Retentio Johannis Melquiondi, filii Jacobi Melquiondi, de Bastida : quandam petiam terre, site inter duos rivos, apud Beceam, et retentio facta per nobilem Baudetum de Comeriis ; castellanus pro dom. Dalphino retinuit et confessus fuit habuisse tercium. 1316, die XXVIII mensis aprillis ; per Johannem Aulengnerii (13,2). 28 avril 1316.

51. Retentio Johannis Jacobi, eidem facta per Guillelmum Eynardi, castellanum pro dom. Berengaria Allamande. Confessus fuit habuisse XX solidos pro tercio unius petie prati

siti apud Beceam, juxta pratum dicti emptoris et juxta pratum liberorum condam Martini Eyraudi : quod pratum emit a Guigone Civa et a Johanna, ejus uxore. 1316, die xx julii. Not. fuit Rodulphus Bermondi. (15,5). 20 juil. 1316.

52. Item aliud computum redditum coram dom. Petro Eynardi, Humberto Clareti, Andrea Suppi et Guigone Borrelli, auditoribus recollende memorie dom. Johannis dalphini, per Baudetum de Commeriis, castellanum Argenterie. 1316, die prima mensis decembris. (38,3). 1er déc. 1316.

53. Instrumentum cujusdam banimenti de quadam muliere Argenterie, banite per judicem dicti loci. 1316, die xxvij marcii. Not. fuit Johannes Aulengnerii. (25',4). 27 mars 1316.

54. Pro confratria Argenterie. — 1317, die xxv maii, quod Johannes Garcini, prior confratrie Sancti Spiritus Argenterie, dedit in effectuosim Giraudo Algarie et Guillelme, ejus uxor, quandam vineam, sitam apud Fornellum, juxta viam descendentem versus Fornellum, sub censu xii sect. vini cum emina. Not. fuit Stephanus Tanchurerii. (11',3). 25 mai 1317.

55. Remissio facta per dom. Johannem, dalphinum, nobili Odoni de Rama, nomine nobilis Alysie Aurucie, de medietate Argenterie. 1317, die xxi mensis septembris. Not. fuit Bernardus Juliani. (3,3). 21 sept. 1317.

56. Instrumentum remissionis, facte per illustrum (*sic*) dom. Johannem, dalphinum, de medietate castri et mandamenti et juridicionis Argenterie, diocesis Ebrudonensis; que fuit nobilis Guigonis Aurussii, condomino castri Argenterie. Tandem, ad supplicacionem nobilis Odonis de Rama, requirentis et supplicantis, nomine et vice Alisie, filie dicti Guigonis condam, et heredis ejusdem, uxorisque Johannis de Rama, filii dicti Odonis, cui, nomine et ex causa dotis, medietas castri predicti, cum omnibus ejus pertinenciis, etc. 1317, indictione xv, die xxi mensis septembris, apud Venetum. Not. fuit Bernardus Juliani. (3,5). 21 sept. 1317.

57. Emptio Johannis Melquiondi, alias dicte (*sic*) de Jacobo, vid. quamdam petiam prati, sitam in territorio Argenterie, ad Beceam seu a Gamores, cum retentione eidem facta, per nobilem Johannem de Rama, bajullus dom. Berengarie.

Ipsum retinuit, confitens habuisse tercium. 1318, die xxx mensis septembris. Not. fuit Johannes Aulengnerii. (13,3). [30 sept. 1318.

58. Recognitio Radulphi Radulphi, de Briensono. Recognovit coram nobili Humberto de Viriaco, procuratore dom. Berengarie Allamande, condomine Argenterie, tenere a condominis unam petiam terre, sitam in territorio Briensoni, 1319. die xxi jugnii. Not. fuit Anthonius Tholosani, de Briensono. (19,1). 21 juin 1319.

59. Instrumentum, in dicta pelle (cf. n° 43), 1319, die xxi jugnii. Recognovit ad instanciam nobilis Humberti de Viraco, procuratore nomine Berengarie, domine in parte Argenterie, videlicet Rodulphus Radulphi, de Briensono, unam petiam terre, loco dicto in Chanaleta, sub censu xii denariorum viennensium. Not. fuit Guigo Aulengnerii. De prothocollis 1319, die xxi jugnii. Grossatum per dictum Authonium Tholosani. (10,2). 21 juin 1319.

60. Aliud instrumentum, in eadem pelle, de recognicione facta per Radulphum Genesii, notarium Briensoni, nomine Johannis, filii sui, et Catherine, ejus uxoris, filie condam Johannis Rollandi. Recognovit tres sect[eyratas] terre in territorio Briensoni, in condamina Atenulforum, sub censu trium denariorum antiquorum, cum laudimiis. 1319, die xxii mensis jugnii. (10.3). 22 juin 1319.

61. Recognitio facta per Radulphum Genesii, notarium, nomine Johannis, filii sui, et Catherine, ejus uxoris, filie Johannis Rolandi, ad instantiam nobilis Johannis de Rama, nomine ejus uxoris, et nomine dom. Berengarie, condominarum Argenterie, de quadam petia terre, site in condamina Altenulphorum, sita in territorio Briensoni. 1319, die xxii jugnii. Not. fuit Anthonius Tholosani. (19,2). 22 juin 1319.

62. Instrumentum empcionis seu permutacionis facte inter Petrum Viallis, de Bastida, Floreta, ejus uxor, cum Johanne Melquiondi alias *dit* de Jacobo; quamdam peciam terre site in territorio Argenterie, juxta terram dicti Johannis Jacobi; et dictus Jacobus tradidit quamdam petiam terre apud Beceam. Fuerunt retenti per Johannem de Rama, castellanum Argenterie pro condomina Berengaria; confitens habuisse tercium.

1319, die XIX mensis octobris, apud Beceam. Not. fuit Rodulphus Bermondi. (14',3). 19 octobre 1319.

63. Recogniciones Argenterie, facte ad requisicionem nobilis Odonis de Rama, nomine nobilis Alysie Aurucie, domine in parte Argenterie. Grossate per Joh. Aloys, de prothocollis Joh. Aulengnerii... 1320, die v mensis aprillis, apud Argenteriam. (2,4). [5 avril 1320.

65. Plus, 1320, die xx mensis maii, quod Johannes Fabri, de Ecclesia, prior predicte confratrie [Sancti Spiritus], tradidit Guillelmo Salvestri et Bartholomeo, ejus fratri, quamdam vineam post castrum, sub censu III sect. vini. Not. fuit Petrus Malleti. (11',4). (cf. n° 54). 20 mai 1320.

66. Instrumentum empcionis Johannis Melquiondi, alias dit *de Jaque,* cum retentione. Apud Beceam. 1320, die XVIII mensis novembris. Not. fuit Rodulphus Bermondi. (14,1). [18 nov. 1320.

67. Empcio Guillelmi, filii Jacobi Melquiondi, de Bastida, videlicet quamdam petiam terre, sitam apud Beceam. 1320, die XXVI novembris, cum retentione facta per Johannem de Rama, castellanum pro dom. Berengaria. Not. fuit Rodulphus Bermondi. (14,2). 26 nov. 1320.

68. Aliud abergamentum Johannis Aye, fillii Petri, eidem per Humbertum Conrerii, procuratorem predicte domine Berengarie, vid. de fonte que dicitur Seusa, ad aquandam ortos, sub sensu unius pollati. 1321, die XVII jugnii. Fuit not. Johannis Olengnerii, et grossatum per Franciscum Maleti, de Briensono. (4',2). 17 juin 1521.

69. Instrumentum transacionis facte per dom. Rey. Eynardi, militem, dominum Argenterie, ex una parte, et Daurellem Amedei, Anthonium Ruelli, Johannem Richardi, dom. Reymondum Richardi, presbiterum, Johannem Rodulphi et quosdam alios, suos consortes, loci de Briensono, super census unius oboli auri, quem ipsi faciebant dicto domino, super certis possessionibus, sitis in territorio Briensoni, loco dicto in Condamina. Not. fuit Petrus Floris. Grossatum per Anthonium Astiui. 1321, die VI mensis jullii. (10',1). 6 juil. 1321.

70. Instrumentum compromissi facti cum dom. Odone de Rama, patris Johannis de Rama, vir[i] nobilis Alaysie Aurucie,

per Johannem Melquiondi, dicti *de Jaque*, sub anno 1321, die XIII mensis novembris. Not. fuit Petrus Malletti. (24',2). [13 nov. 1321.

71. Instrumentum remissionis, facte per dom. Henricum Dalphini, regentem Dalphinatum, videlicet Johanni Melquiondi, alias dit de Jaque, nobili Johanni de Rama, et Alysie, ejus uxoris, condominis Argenterie. 1321, die XXII mensis decembris. Not. fuit Joh. Aulengnerii. (33,1). 22 déc. 1321.

72. Instrumentum dicte confratrie [Sancti Spiritus] (cf. nº 65), 1322, die XI jugnii. Cum Jacobus Garcini, procurator predicte confratrie, petebat Jacobo Aude ex altera astrictus facere, ut asserit, nobili Reymondo de Rama duo sect. siliginis, super una petia terre, subtus serrum de Olyveria, juxta viam publicam; qui Jacobus Aude commisit eidem procuratori solvere dicta duo sect. Grossatum per Johannem Radulphi. Not. fuit Johannes Aulengnerii. (12,1). 11 juin 1322.

73. Abergamentum concessum per dominam Berengariam Alamande, condominam Argenterie, videlicet Guillelme Rambaude, uxori condam Petri Rambaudi, cujusdam petie prati, siti en Banchiis (*alias* Banquis), quod olim fuit de castro Argenterie, situm in Solidario, verso rupem Rambaudorum cui coheret seya de super. Dividit territorium Argenterie et Eyserene et banchia lapidea, et pathegum inferius: sub censu XVI turonum auri fini de O rotundo. 1322, die XXV mensis julii. Not. fuit Petrus Malleti. (10',2). 25 juil. 1322.

74. Instrumentum presentacionis quarumdam litterarum obtentarum a dom. Dalphino (1) per dom. Berengariam Alamandi, super observacione libertatum et privilegiorum, presentatnm in judicio Briensoni super gravaminibus per Castellanum Vallis Pute et alios officiales, contra deliberacionem et concessionem dicte dom. Berengarie, factas de castro, mandamento, territorio, hominibus castri predicti de Argenterie, et habitantibus infra districtum ejusdem castri, pro parte ad eam pertinenti, et contra tenorem privilegiorum, libertatum et declaracionum super eisdem optentorum, quam ab inclite recordacionis carissimo progenitore nostro dom. Humberto, dalphino,

(1) Il s'agit ici d'Henri Dauphin, régent (cf. nº 71).

quam ejusdem recordacionis dom. et carissimo fratre nostro dom. Johanne, dalphino Viennensi bone memorie, nonnullis inquisitoribus contra Guillelmum Eynardi, de Argenteria, Guigonem Grossi, Johannem Ysoardi, de Rama, et plures alios homines suos, dicti loci de Argenteria : « Fecistis nonnullas, aliasque novitates et gravamina dicte domine et suis hominibus et castri et mandamenti predicti ac subditi[s] eidem, infra districtum suum, dicti castri, habitantibus intulisti et inferre non cessastis », etc. Et cujuslibet precipimus et mandamus quathinus privillegia, libertates et declaraciones et alia quelibet munimenta dicte domine a predictis nostris predecessoribus, sub quacunque verborum aut facti forma eidem domine et suis, servetis et servare faciatis viriliter. 1322, die v mensis augusti (1), apud Briensonum, etc. Not. fuit Franciscus Moteti (27,5). 5 août 1322.

75. Abergamentum in Posterla et Aureacii, factum per nobilem Johannem de Rama, nomine nobilis Alysie Aurucie, uxoris sue, condomine Argenterie, videlicet Johanni Breszoni, filio condam Alberti et Johanne Amedei; videlicet decem et octo pondera seu (h)onera feni, sub censu novem solidorum bonorum denariorum viennensium et veterum : receptum per Rodulphum de Taillerio, et grossatum per Johannem Aloys, de Briensono. 1322. (4',5). 1322.

76. Homagium Johannis Jacobi, de Becea, seu Bastide Vallis Pute, commorans apud Beceam, infra territorium de Argenteria, sciens, prudens, etc. ; ad requisicionem nobilis viri Johannis de Rama, condomino Argenterie pure fidelitatem prestitit, per juramentum ; et juravit ad sancta Dei euvangelia. 1322, indictione v, die prima mensis februarii. Not. fuit Petrus Maleti. (33',1). 1er fév. 1322/3.

77. Abergamentum factum per nobilem Johannem de Bardonenchia, nomine nobilis Alysie, Johanni Boerii, de Argenteria, filio condam Laurencii. Tradidit in effectuosim quamdam petiam terre, sitam in territorio de Escalliono, juxta viam publicam, juxta terram quam tenent liberos (*sic*) condam Johannis Allardi, juxta terram liberorum quondam Petri Sal-

(1) *Sic.* Avril concorderait mieux avec l'itinéraire dressé par M. Ul. Chevalier.

vestri vel alii, etc.; sub annuo censu unius sect. silliginis pulcri et receptibilis, sub intragiis XII turonum. 1323, indictione VI, die XIIIJ jugnii, apud Argenteriam. (35,1). 14 juin 1323.

78. Alia remisio facta per dom. Henricum Dalphini, videlicet de Johanne Melquiondi, alias *Jaque*. Qui dictus Johannes Jacobi composuit cum nobili Johanne de Rama et Alisia, ejus uxoris. Dicti domini confessi fuerunt habuisse a dicto Jaque XXX turones grossos de O rotundo, pro quadam composicione facta amicabiliter, quia idem Johannes, sua temeritate et dyabolico, etc. 1323, die XXIJ mensis decembris. Not. fuit Johannes Aulengnerius. (33,2). 22 déc. 1323.

79. Empcio seu permutatio inter Johannem Garnerii, de Argenteria, et Johannem Melquiondi, videlicet : unam peciam prati, sitam apud Beceam, juxta rivum appellatum de Laureor, et alie possessiones, 1323, die XVII mensis febroarii, cum retentione facta per Guillelmum Bonardelli, bajullum pro dom. Berengaria; confitens habuisse tercium. Grossatum per Franciscum Moteti. Not. fuit Johannes Olengnerii. (14,3). [17 fév. 1323/4.

80. Empcio Johannis Melquiondi, videlicet de una petia prati in Becea, in Serro, in pratis de Fodratis. 1324, die III mensis maii. Grossatum per Franciscum Moteti. Not. fuit Johannes Aulengnerii. (14,5). 3 mai 1324.

81. Empcio Johannis Jacobi de quadam petia prati, sita in territorio Argenterie, apud Beceam, in Serro del Fodrat, cum retentione eidem facte *(sic)* per nobilem Johannem de Rama, condomino Argenterie. 1324, die XXX mensis augusti. Not. fuit Rodulphus Bermondi. (14,4). 30 août 1324.

82. Instrumentum vendicionis facte per nobilem Albertum Ysoardi, de Valle Puta, de quadam petia prati, cum quadam domo intus affixa, sita in territorio Argenterie, apud Planum, juxta iter publicum quod tendit versus pontem Chanssellum, juxta pratum et terram dicti nobilis Raymondi de Rama (1), facienti VI denarios bonorum viennensium dicto nobili Johanni de Rama, condomino dicti loci, videlicet Johanni Ysoardi, de

(1) Ce personnage n'est pas mentionné dans l'article du 20 avril 1361 qui précède celui-ci (cf. n° 150): il parait, toutefois, en 1306 (n° 33).

Argenteria. Et ibidem dictus nobilis Johannes de Rama, condominus Argenterie, dictam vendicionem laudavit et confirmavit, confitens habuisse tercium. 1324, die XII mensis decembris, apud Argenteriam. Grossatum per Johannem Aloys, de Briansono. Not. fuit nobilis Rodulphus Bermondi de Taillerio (1). (34',2). 12 déc. 1324.

83. Littera obtenta a dom. Henrico Dalphini, super possessione castri Argenterie, cum sigillo pendente. 1325, die IX mensis julii. (26',5). 9 juil. 1325.

84. Littera missionis in possessione, seu sententie domine Helignoris data per dom. Michaelem de Clerico. 1325, die IIIJ mensis octobris. Not. fuit Thomas Jausserii. (26',3). 4 oct. 1325.

85. Alia missio in possessione castri Argenterie (cf. n° 87) et cause habite cum dom. de Revello, de medietate castri pertinentis dom. Helignoris. 1325, die VJ mensis octobris. Not. fuit Eynardus Eynardi, de Valle Boneysio. (27,2). 6 oct. 1325.

86. Promissio facta per priorem et conventum Domene, ad faciendum unum universarium (*sic*) pro anima dom. Argenterie, condomine Argenterie: que domina legavit dicto conventui XI libras viennensium, computato pro duobus solidis (2), ad emendum ad opus dicti universarii faciendi x solidos censuales; se obligando quod in casu quo non emerent dictos x solidos, ad opus dicti universarii, dictam peccuniam restituere; promittentes, etc. Datum, sub sigillo dicti conventus, die XIII mensis augusti 1326. (31,3). 13 août 1326.

87. Commissio data dom. Petro de Vallone per dom. Guigonem, dalphinum, super reintegracione castri Argenterie dom. Helignoris, sigillo pendenti. 1326, die sancti Martini hyemalis. (27,1). 11 nov. 1326.

88. Albergamentum Radulphi Grassi de quodam casale, sito infra villam Argenterie, eidem concessi (*sic*) per nobilem Bertrandum de Berdonanchia, juxta viam, juxta casale Guillelmi Bernucii. 1327, die XXVI octobris, apud Argenteriam. Not. fuit Rodulphus Bermundi. (14',4) 26 oct. 1327.

89. Sententia lata contra Johannem Jacobi et ejus uxorem, per

(1) *En marge :* In prato Serverie VI den. vien.

(2) Il manque évidemment ici quelque chose.

nobilem dom. Tibaudum Radulphi. 1328, die xx mensis aprillis. (33,3). 20 avril 1328.

90. Instrumentum cujusdam vendicionis facte per Guillelmetum Azandus, qui habitat Lucerne, ut legitimus administrator Anthonii, Laurencii, suorum filiorum ; et ipse Anthonius, minor xxv annorum, major xiiij, de concensu et auctoritate, etc. Dederunt, vendiderunt Guillelmo, filio Jacobi Melquiondi, de Bastida Vallis Pute, ementi, etc., unam petiam terre et aratoriam, etc.; — item, unam petiam prati et vince simul tenentium cum quadam domo intus, sitarum in Rivo et territorio Argenterie, loco ubi dicitur a Gamores, cui quoherent Johana Joberta, Flora Malchionda, Johannes Albana et Viallis Viallis. 1328, die secunda mensis septembris. Not. fuit Johanes Rubei. (25,1). 2 sept. 1328.

91. Recognitiones domine Berengarie Alamande, relicte, condomine dicti loci Argenterie. 1328, die xxii mensis septembris, apud Argenteriam. (2',1). 22 sept. 1328.

92. Empcio Jacobi Bonardelli, de Argenteria, videlicet unam petiam terre continentem tres sect., sitam in territorio Argenterie, ad clotum Acariorum, juxta terram liberorum Guillelmi Meynardi; cum retentione facta per Petrum Bonardelli, vicecastellanum, nomine condomine, confitens habuisse tercium. 1328, xi die penultima mensis octobris, apud Argenteriam. Not. fuit Petrus de Albana. (15,1). 21 oct. 1328.

93. Alia littera dom. Guigonis, dalphini (cf. n° 39), super restitutione castri Argenterie. 1328, die jovis post festum omnium sanctorum. Cum sigillo. (26',7). 3 nov. 1328.

94. Cura data per castellanum Argenterie, cum inventario concesso per dom. Thibaudum Radulphi, judicem dominorum Argenterie, audito quod Petrus Bonardelli, in sua ultima voluntate, tutricem liberorum suorum, scilicet Johanni et Petri et Johannone, videlicet Hugonem, matrem, Guillelmo et Jacobo Bonardelli, fratribus (*sic*). Qui dicti tutores receperunt bona ipsius, per beneficium inventarii, etc. 1329, die iii augusti. Not. fuit Petrus Maleti. — Quod inventarium est in eodem instrumento. Et primo, unum solerium, situm extra

Portam Mediam loci Argenterie, juxta viam et menia et juxta domum Jacobi Bo[nardelli] (1). (48',3). 3 août 1329.

95. Aliud instrumentum de eadem Petra Sancta (cf. n° 47), 1329, die XXIIIJ mensis octobre (*sic*), apud Argenteriam, ut continetur in alio instrumento. Not. fuit Giraudus Malleti. (12',2). 24 oct. 1329.

96. Instrumentum empcionis Johannis Chalaoni, videlicet de quadam domo, apud Blacheriam, juxta terram et domum Petri Bleny, et viam p[u]blicam. 1330, die VI februarii. Not. fuit Radulphus Bermondi. (15,2). 6 févr. 1330.

97. Instrumentum informacionum et testificacionum cujusdam litigii inter dom. Bertrandum de Berdonanchia, condominus (*sic*) de Argenteria, nomine nobilis Helignoris Alamande, condomine Argenterie, super nidum unum avium falconorum, in rupe subtus foramen Rostagnii, capi fecissent, et dominus baillivus Briensonesii dixisset quod erat in territorio Vallis Pute seu Sancti Martini de Quereria. Deposuerunt testes Sancti Martini quod erat in territorio Argenterie, et quitquid. Domini de Argenteria fecerunt fieri publicum instrumentum, receptum per Rodulphum Bermondi, notarium, et grossatum per Johannem Andree, de Sancto Leoffredo, et signatum 1330, die XXII mensis septembris, apud Beceam, subtus foramen Rostagnii. (34,3). 22 sept. 1330.

98. Abergamentum Petri Lautaudi, sibi facti per nobilem Bertrandum de Berdonenchia, de quadam petia prati, sita subtus domos Leotaudorum, sub sensu XIII turonum de O rotundo. 1331, die XVIII marcii. Not. fuit Radulphus Bermondi. (4',1). 18 mars 1331.

99. Abergamentum Giraudi Bernardi, factum per dom. Bertrandum de Berdonenchia, videlicet de quadam petia prati, siti in territorio Argenterie, siti a domo Lautaudorum, juxta pratum liberorum Guillelmi Meynardi et viam publicam, sub censu XVII turorum argenti de O rotundo. 1331, et die XVIII mensis marcii. Not. fuit Radulphus Bermondi. (5,3).
[18 mars 1331.

100. Empcio prati de Fonsis, per dom. Alysiam, condomi-

(1) En marge : *Tenet Fasius Fabri, 1481.*

nam Argenterie, uxorisque nobilis Bertrandi de Berdonanchia; per Petrum Maleti, [notarium], 1331 et die II jugnii. (5,4). 2 juin 1331.

101. Alia sentencia contra predictum Jacobum (cf. nº 89) et ejus uxorem per dom. Tibaudum Radulphi, judicem dominorum Argenterie. Qui Jacobus tenet a dom. Helignore Alamandi, condomina Argenterie, et de ejus dominio, infra territorium dicti loci, res infrascriptas et confrontatas, ut constat per instrumentum Petri Malleti, notarii, 1331, die XXVIIJ jugnii : primo, unam petiam prati, sitam ultra Rivum, apud Gamores, cui quoheret pratum Johannis Melquiondi et pratum Hugonis Melquiondi, de quo facere debet tercium. Item, unam petiam terre, sitam ibidem, cui quoheret terra Guigonis Grossi, terra Hugonis et Johannis Melquiondi, facientem tachiam et tercium. Item, unam petiam prati, sitam subtus domos ejusdem Johannis recognoscentis, cui quoheret pratum Petri Garcini et pratum Guillelmi Bernucii, de quo tenetur facere tercium. Item, unam petiam prati, siti ibidem, ante domos predictas, cui quoheret iter publicum, pratum Johannis Garcini et pratum Petri Garcini, pro quo tenetur facere tercium. Item, quandam petiam terre ibidem. 1331, die XIIIJ mensis augusti. Not. fuit Petrus Malleti. (33,4). 28 juin-14 août 1331.

102. Empcio facta per Jacobum Bonardelli, videlicet unum ortum cum arboribus, situm in territorio Argenterie, ad ortum curie; quoheret terra curie et terra dicti emptoris, terra nobilis Jacobi Rostagnii. Fuit retentus per Petrum Maleti, vicecastellanum Argenterie pro parte dom. Helignoris, confitens habuisse tercium. 1331, die v mensis octobris. Not. fuit Petrus de Albana. (15,3). 5 oct. 1331.

103. Abergamentum factum per dom. Johannem Cleracii, curatum beate (*sic*) Appollinaris Argenterie. Tradidit in effectuosim Johanni Civa unam petiam terre circa sect. sitam super serrum Oliverie, juxta vicum tendentem versus Bastollium, terram Johannis Civa, a duabus partibus, et pathegum. 1332, die xv mensis januarii. Not. fuit Petrus Malleti. (12,4).
[15 janv. 1332.

104. Instrumentum affictamenti perpetui facti per Johannem Rancurelli, videlicet Giraudo Bernardi, dicti loci Argen-

terie : quodam ortulum, situm in pede vinee Confratrie, juxta ipsam vineam, viam publicam et juxta terram Petronille, de Ecclesia, sub censu v denariorum refforciatorum. 1332, die xxix aprillis. Not. fuit Petrus Malleti. (34,2). 29 avril 1332.

105. Abergamentum vinee cugnii Bastide, sub censu xxiiij solidorum vienn., factum per Andream *Gaudichon*, procuratorem nobilis domicelle Helignoris Alamande, condomine Argenterie; grossatum per Anthonium Astiui, de prothocollis Hugonis Bochardi, de Valle Puta. 1332, die xiiij jugnii. (5,1). 14 juin 1332.

106. Instrumentum quarumdam condanpnacionum (*sic*) factarum in assiziis Argenterie per dom. Thybaudum Rodulphi, judicem Argenterie pro nobili et potenti viro dom. Guis (*sic*) de Grollea, millite, condomino castri Argenterie, nominibus Andree, filii sui, et ejus uxoris Helignoris Alamande; avorius (1) ejusdem dom. Guis fuit apud Argenteriam pro assiziis tenendis. Et, inter alias sentencias, tullit sentencias infrascriptas. Est inter dictas sentencias : « Item Guillelmus Bonardelli, quia interrogatus per curiam predictam super titulo inquisicionis facte contra omnes et singulos homines dicte curie, ut godardos (2) suos redderent Johanni Isoardi, ad hoc deputato, ut sub pena lx solidorum, responderet veritatem », etc.; ut inobediens, fuit condempnatus. 1334, die xii mensis aprillis. Not. fuit Petrus Graneti. (37',2). 12 avril 1334.

107. Instrumentum abergamenti facti per Jacobum Garcini, dicti loci Argenterie, procuratoris confratrie Sancti Spiritus Argenterie, Johanni Berthoni, in effectuosim : quamdam petiam terre, sitam ad Campum Disderium, juxta terram dicti Johannis, et juxta terram Durandi et Guigonis Berardi et terram filie Poncii Bruni condam; sub censu trium quarteriarum silliginis, solvendarum anno quolibet dicte confratrie. 1334, die xii mensis maii, apud Argenteriam. Not. fuit Rodulphus Bermondi. (20',1). 12 mai 1334.

108. Instrumentum recognicionis Johannis Chays, de Briensono, facta Johanni Bersoni, de Argenteria, pro certis

---

(1) *Avorius*, avocat, ce mot n'est pas dans Du Cange (cf. *Avoyerius*).

(2) En marge : *De godardis* (piques courtes, dont les soldats étaient armés).

possessionibus : primo, pro medietate cujusdam tenementi terre, prati et vinee cum domo intus posita, siti in plano de Laurenciis, juxta viam publicam. 1334, die XXIIJ jugnii. Not. fuit Radulphus Bermondi. (28',4). 23 juin 1334.

109. Homagium prestitum dom. Dalphino per nobilem Alysiam Aurucie, condominam Argenterie, pro media parte, 1334 die I jullii. Not. fuit Bertetus Boissonus, de Monte Luppo. (5',5). 1er juil. 1334.

110. Recogniciones dicti prati Meariarum, facte per Johannem Rancurelli. 1335, die XXV mensis jugnii. Not. fuit Hugo Bochardi. — Aliud instrumentum recognicionum dictarum Meararium, cum domibus intus fixis, factarum per Johannem Rancurelli, nomine suo, Guillelmi Fantini et Johannis Rancurelli, consanguine suo, 1335, die XXVI jugnii. Not. fuit Hugo Bochardi. — Vidimus dictarum litterarum et dictarum meariarum. 1411 die XXII mensis maii. (4,5), 25-26 juin 1335.

111. Donacio predicte vinee (cf. n° 105) facta per dom. Boniffacium de Berdonenchia, militem, predicte domine Helignoris. 1335, die VI mensis septembris, per dictum Bochardi, notarium. (5,2). 6 sept. 1335.

112. Instrumentum concessum domine Alisie Aurussie per dom. Humbertum, dalphinum, super revocacione sentencie late per dom. Franciscum de Cugnio, judicem Graisivodani, et Anthonium Seignoreti. 1337, die XX marcii. Grossatum per Anthonium Astiui, de prothocollis magistri Petri Floris. (25',5). 20 mars 1337.

113. Testamentum dom. Alisie Aurucie, condomina Argenterie, uxor domini Reymondi de Monte Albano, matrisque nobilis Reynaudi de Monte Albano, ejus filio. (50,2).
[Après 20 mars 1337.

114. Instrumentum empcionis XII denariorum antiquorum censualium, quos mihi Petro Maleti tenebantur, videlicet Petrus Porte et liberi Johannis et Giraudi Porte, fratres, pro quodam prato, sito in territorio Argenterie, in Plano, ad domos Portentorum (*sic*), juxta viam et riperiam rivi, pratum Guillelmi Pellegrini et pratum Johannis Dalmacii. Quos predictos denarios vendidit nobili Johanni Ysoardi, castellano ibidem,

nomine viri domini de Grolea, militis. 1337, die XXVII mensis marcii. Not. fuit Petrus Malleti, venditor. (34,1). 27 mars 1337.

115. Instrumentum abergamenti factum per Danielem Signati, de Briensono. Tradidit Stephano Pouzol, de Argenteria, unam vineam, sitam in territorio Argenterie, in Groleriis juxta vineam et terram Johannis Ysoardi, sub censu x sect. (1) vini puri. 1337, die XXVIIJ mensis marcii. Not. fuit Briansonus Galiani. Grossatum per *Spiritunnet.* (10',3). 28 mars 1337.

116. Appellacio facta, nomine domine Alysie Aurucie et nobilis Bertrandi de Berdonanchia, a quibusdam preceptis, factis habitantibus de Bessea per comissarios Dalphinales; videlicet viris dominis Humberto de Balma, preceptore Sancti Pauli, Johanne de Sancto Vallerio, et egregio et profectori *(sic)* Anthonio Seignoreti, jurisperito, comissariis et refformatoribus deputatis in partibus Ebrudonensii et Briensonesii, per dom. Humbertum, dalphinum. Quod quidem instrumentum appellacionis loquitur de sententia lata per dom. Franciscum de Congnio. 1337, die XXV augusti. Not. fuit Petrus Phillipi. (25',2). 25 août 1337.

117. Empcio Johannis Jacobi, videlicet unam petiam prati, unum ortum contiguum, sita in territorio Argenterie, in Becea, juxta viam publicam et juxta rivum. 1339, die XXVII mensis maii, apud Argenteriam. Fuit retentus per condominum Argenterie, confitens habuisse tercium. Not. fuit Radulphus Bermondi. (15,4). 27 mai 1339.

118. Homagium certorum hominum Argenterie, pro parte nobilis Helignoris, videlicet Johannes Meynardi, Gaillardus Gaillardi, Johannes, filius G. Guiramandi, Johannes, filius Stephani Berardi, Petrus Fournerii, et plures alii. 1339, die XXVI mensis augusti. Not. fuit magister Petrus Floris. Grossatum per Anthonium Astiui. (7,2). 26 août 1339.

119. Abergamentum factum per Franciscum Chasii, de Briensono, Petro Bressoni alias Oliverii, de Argenteria, (de) vinee et terre, site in Plano Oliveriorum, territorio Argenterie, sub censu IIIJ sect. vini. 1340, die IIIJ mensis maii. Not. fuit Michael Foravilla. (29,1). 4 mai 1340.

---

(1) En marge : *X sect. vini.*

120. Empcio Jacobi Fornerii, videlicet unum casale cum quadam *meata* (1) in dicto casale existente, sito in villa predicta Argenterie, juxta domum liberorum condam Jacobi Bonardelli, et juxta viam, sub censu servicii sex denariorum viennensium de O *(bis)* rotundo, 1340, die VIII mensis decembris. Not. fuit Radulphus Bermondi. (15',1). 8 déc. 1340.

121. Instrumentum quod, cum Giraudus Bernardi alias Alargaris, dicti loci de Argenteria, et de ejus licencia et voluntate Guillelma, uxor sua, ambo simul vendiderunt et titullo venditionis concesserunt Francisco Moteti alias Sartoris, de Briensono, unam petiam terre sive rote, cum suis arboribus, aquagio, circa duas sest[eyratas], sita[s] in territorio Argenterie, ultra rivum, loco dicto Ad Malateriam, juxta viam, pratum liberorum Johannis Odonis, pratum Jacobi Audonis (2) et hoc, pro precio XX florenorum auri. 1342, die XI mensis jugnii, apud Argenteriam, in domo mei notarii infrascripti. Not. fuit Petrus Floris. (49',2). 11 juin 1342.

122. Empcio cum permutacione facta inter Albertum Amedei et Johannem et Guillelmum, fillios condam Johannis Girardi, de Bastida; qui Albertus tradidit unam petiam prati in Posterla, in Prato Rostagnio; et dictus Girardus, eidem Alberto Amedei, unam petiam prati in Posterla et aliam in *Plena*; et ibidem Bertholomeus Fabri, vicecastellanus ipsos retinuit, et etiam Johannes Ysoardi, confitentes se habuisse tercium. 1343, die XXIII jugnii, apud Argenteriam. Not. fuit Petrus Floris. (15',2). 23 juin 1343.

123. Instrumentum extimarum tallarum factarum infra territorium Argenterie, per probos commissarios per curiam Argenterie, videlicet in Aureaco, in Petra de Royer, juxta pratum Hospitalis. 1345, die prima mensis jugnii. Not. fuit Petrus Floris. (26,1). 1er juin 1345.

124. Alia sentencia (cf. nº 123), lata per judicem Argenterie contra Bertholomeum Riperti, in coustello et fustigatione. 1347, die V mensis jugnii. Not. fuit Guigo Dorelle. (26,2). [5 juin 1347.

(1) J'ignore le sens de ce mot qui ne se trouve pas dans Du Cange (cf. *masata*).

(2) On pourrait également lire *Audouis, Andonis*, etc.

125. Aliud instrumentum dictorum Amffossorum et Martrorum de empcione cum supra (cf. n° 127), facta per nobilem Guillelmum Agni, de Vinalibus, nobili Petro Floris, notario, ementi nomine dom. Humberti de Ruppeforti, militis, jus quod habebat et habere poterat in predictis Amffosiis et Martris. 1347, die penultima octobris, apud Argenteriam. Not. fuit Giraudus Maleti. (25',1). 30 octobre 1347.

126. Recognicio Johannis Garnerii, de Vinalibus, et pareyriorum suorum, de quatuor libris et decem solidis vienn., quibus percipit apud Argenteriam, loco dicto in Pratis Castri Borelli seu Treschamp, que *(sic)* quatuor libre acquisivit a nobili Ludovico Daurelle. Quod instrumentum recognicionis factum 1348, die IX mensis marcii. Grossatum per Hugonem Agni. Not. fuit Ludovicus Agni. (31'2). 9 mars 1348.

127. Empcio cum vendicione facta per nobilem Guillelmum Giraudi nobili Francisci Bonitemperis, procuratori domini de Argenterie. Qui Guillelmus Giraudus venditor tradidit instrumentum recognicionis et fidelitatis Amffosorum et Martrorum, factarum dom. Marcono Bajulli, recipienti nomine suo et pareyriorum suorum, abreviatum manu Petri de Albana et grossatum manu Johannis Aulengnerii, 1303, indictione prima, die XIII callandas julii. — Item quodam aliud instrumentum empcionis quam fecit Hugo Giraudi, pater dicti Guillelmi, ab Hugone Daurelle, de Vignalibus, de juribus et actionibus, dominacionibus et seignoriis, que et quas habebat in Anffosiis et Martris, factum manu Johannis Alberti, 1299, die XIIJ marcii. — Item quodam instrumentum recognicionis factum, ad instanciam Arnulphi Giraudi et Richardi Agni, per Johannem et Petrum Porte Poncio Amffosii de tribus quartis annone, unam eminam civate et tribus obolis census, quonstante instrumento per Johannem Alberti, 1300, die XX mensis aprillis. 1348, die VI maii. Not. fuit Giraudus Maleti. (25,2).

[13 mars 1299, 20 avril 1300, 19 juin 1303, 6 mai 1348.

128. Instrumentum cujusdam sententie late contra Petrum Combe, de Ruppe, faistigatum (1) in castro Argenterie et ejus

---

(1) *Sic*, pour *fustigatum (?)* (cf. n° 124).

territorio. 1348, die prima jullii. Not. fuit Giraudus Maleti. (25',3). 1er juil. 1348.

129. Pro ecclesia Sancte Appollinaris *(sic)*. — 1348, die VIII mensis octobris, apud Ebredunum, quod Laurentius Lautaudi condidit suum testamentum. Inter cetera, elegit suam sepulturam in cimiterio Sancte Appolinaris Argenterie, et legavit dicte ecclesie seu rectori quamdam petiam rote seu terre sitam subtus domo[s] Lautaudorum, juxta pratum Serverie, liberorum condam nobilis Johannis Ysoardi et viam publicam; sub hac conditione et pactio adjecta quod cappellanus officiens (1) in dicta ecclesia perpetuo processionem debitam et sollempnem facere teneatur, super tumulo ipsius testatoris, patris, matris et fratrum suorem, videlicet in die lune et die sabbati. Not. fuit Petrus Floris. (12,3). 8 oct. 1348.

130. Instrumentum empcionis Johannis Fabri, de Argenteria, facte a Johanne Fornerii, de quadam petia terre sita ad Blacheriam, in mansso Fabrorum, juxta liberos Anthonii et Giraudi Fabri, vineam liberorum Anthonii Fabri, vineam Johannis Laure. Contribuere debet pro parte sibi contengenti in quadraginta solidis, sex denariis antiquorum et emina(m) siliginis, faciendis domine Helygnoris. 1350, die XVII mensis octobris. Grossatum per Johannem de Burgo. Not. fuit magister Petrus Floris. (34',3). 17 oct. 1350.

131. Recogniciones dicti loci Argenterie domine Helygnori Alamande, condomine Argenterie. 1351, die XXII mensis maii. Not. fuit Petrus Floris. Grossate per Anth. Astiui. (2',2). [22 mai 1351.

132. Alie recogniciones, in rotulo dom. Helignoris Alamande, condomina Argenterie : recepte [per] magistrum Petrum Floris. 1351, die XXII maii. Grossate et signate per Anthonium Astiui. (4,2). 22 mai 1351.

133. Aliud homagium prestitum dom. Henrici *de Villar*, archepiscopus, per dom. Helignorem Alamande, relicte nobilis Humberti de Rupeforti, condomina Argenterie. 1352, die XXV jullii. Not. fuit Humbertus Pillati. (6,1). 25 juillet 1352.

134. Retencio facta per Petrum Amici, de Monte Mauro,

(1) *Sic*, c'est-à-dire officiant, célébrant.

Johanni Bernardi, de quadam petia terre, sita apud Villarium, juxta terram Johannis Porte et terram Johannis Bonardelli. 1354, die x novembris. Not. fuit Ardisso[n]us Fabri. (23',2). [10 nov. 1354.

135. Anno quo supra [1355] et die VIIJ mensis aprillis, Johannes, filius condam Petri Pellegrini, et Petrus, ejus frater, ambo simul, partim vendentes et partim permutantes, ex una parte, et magister Petrus Floris, notarius; et dicti fratres tradiderunt dicto magistro Petro Floris unam petiam terre in orto curie; et dictus magister Petrus Floris tradidit eisdem fratribus in Ubaco. (8,2). (Cf. n° 143). 8 avril 1355.

136. Permutatio facta Petro et Guillelmo Riperti, fratres, filii condam Petri Riperti, de Argenteria, et [Ste]phanni Bernardi, ibidem presenti, videlicet unam petiam terre, supra Trollium, juxta vineam Johannis Bonardelli, francam et nittidam ab omni (h)onere servituti[s]; et hoc nominati pro quadam petia terre sita ibidem, juxta locum vocatum apud Blaçheriam, juxta viam publicam, domum Jacobi Bleny, et terram dotalem Guillelmi Martre, cum suo (h)onere sevitute; quam idem Bernardus tradidit dictis fratribus. Ibidem nobilis Petrus Amici, castellanus, dictam permutationem laudavit, confitens habuisse tercium. 1355, die XXI mensis aprillis. Not. fuit Ardissonus Fabri. Grossata dicta IIII instrumenta (cf. n°s 145, 157 et 158) per Anthonium Astiui, de prothocollis dicti Ardissoni Fabri, notarii. (17,4). 21 avril 1355.

137. Empcio Johannis Porte et Petri Fabri, cujuslibet pro medietate, de bonis magistri Meynardi, habitatoris Gronopolis. Fuerunt retenti per nobilem Guillelmum de Rama, condomino Argenterie. 1355, die XXIX mensis septembris. Not. fuit Ardiso[n]us Fabri. (22,3). 29 sept. 1355.

138. Instrumemtum abergamenti, factum per dictum Amici (cf. n° 141), videlicet Guigoni Garcini', de quodam casali infra Villam, sub censu unius oboli refforciatorum. 1355, die v mensis octobris. Not. fuit dictus Ardissonus Fabri. Grossatum per dictum Astiui. (8',1). 5 oct. 1355.

139. Aliud instrumentum in dicta pelle, factum ut supra (n° 138), videlicet Petro Silvestri, videlicet unum ortum situm prope villam, ad Trollium, juxta iter publicum a duabus par-

tibus, et sub censu xv turonum argenti boni ponderis et sexcentorum frucie, de quibus sint iiij centi pomorum, et residuum pirorum. 1355 et die vi mensis octobris, apud Argenteriam. Not. fuit Ardissonus Fabri. Grossatum per dictum Astiui. (8',2). 6 oct. 1355.

140. Aliud abergamentum in eadem pelle, anno quo supra [1355], die xi mensis octobris, apud Argenteriam, factum per dictum Petrum Amici. Tradidit Bertholomeo Bleny et Jacobo, ejus fratri, de Argenteria, et eorum quilibet pro medietate, unum campum, cum una domo, situm in Escallono, sub censu duorum florenorum auri fini de Florencia, et tercium, et quod dicte res, ut supra, si venderentur seu alio modo transferre contingerit, eidem domino [tercium] solvere teneantur. (8',3). 11 oct. 1355.

141. Sequuntur abergamenta facta per nobilem Petrum Amici, de Monte Mauro, procuratorem et procuratorio nomine viri nobilis Raymondi de Monte Albano et Reynaudi, ejus filii, cumdomino Argenterie. — Et primo dictus nobilis Petrus Amici, procurator predictorum dominorum, dedit, tradidit et in effectuosim tradidit, videlicet Poncio Porte et Johanni Berardi, dicti loci Argenterie, et quilibet pro medietate, res infra instrumentum descriptas et confinatas, sub censu xiiij florenorum auri et boni ponderis de Florencia, et ix turonum argenti, solvendos in festo omnium sanctorum. 1355 et die xiii octobris. Not fuit Ardissonus Fabri. Grossatum per Anthonium Astiui. (7',1). 13 oct. 1355.

142. Aliud abergamentum seu infectuosim factum per dictum nobilem Amici, videlicet Giraudo Dalmacii, dicti loci de Argenteria. Res in dicto instrumento contente : primo quamdam petiam terre super ecclesiam perrochialem Sancti Appolinaris, sub censu xvi turonum argenti boni ponderis et bone lege, solvendos in festo omnium sanctorum; et, si alienarentur, debent tercium. 1355 et die xiij mensis octobris. Not. fuit Ardissonus Fabri. Grossatum per dictum Anthonium Astiui. (7',2). 13 oct. 1355.

143. Aliud abergamentum factum per dictum Amici, nomine quo supra. Tradidit Petro, filio condam Johannis Martre, dicti loci Argenterie, quilibet pro medietate, sub annuo censu

VI florenorum auri, ut supra; sub tali pacto quod si dicte res transferre vel alienare contingerit, quod terciari et laudari teneantur. 1355, die XIIIJ octobris. Not. fuit Ardissonus Fabri. Grossatum per dictum Astiui. (8,1). 14 oct. 1355.

144. Anno 1356 et die XIII mensis januarii, nobilis Johannes de Bardonanchia tradidit in effectuosim Johanni Bernardi, filii condam Giraudi, quamdam petiam vivee, sub censu v turonum argenti de O rotundo. Not. fuit idem Ard. Fabri. Grossatum per dictum Astiui. (8,4). 13 janv. 1356/7.

145. Reclussum. — Datio in solutum per Johannem Fornerii et Petronillam, ejus uxorem. Ambo tradiderunt nobili Petro Cabrandi, de Selliaco, videlicet quodam ortum apud Reclusum, in viis Fulchiis, juxta viam publicam de super et inferius, juxta ortum dicti Johannis Fornerii et ortum dom. Johannis Berardi, cappellani dicti loci, sub censu trium solidorum, dom. Helignori Alamande. 1356, die XVI mensis marcii. Not. fuit dictus [Ard.] Fabri. (17,3). 16 mars 1356/7.

146. Anno 1358 et die VI mensis maii. Cum bona et hereditas Petri Rambaudi a manibus curie (1), nobilis Reynaudus volens facere Johanni, filio naturali condam Hugonis Riperti, remittit eodem Johanni, cum investitura, sub censu unius sect. siliginis. Not. fuit dictus Ard. Fabri. Grossatum per dictum Astiui. (8,3). 6 mai 1358.

147. Instrumemtum retencionis et albergamenti facti per dom. Helygnorem Allamande condominam Argenterie, Johanni Laurencii, de quadam petia terre site versus Villarium, juxta campum de *naysio* nobilis Boniffacii Ysoardi, muro mediante, juxta terram Petri Riperti alias *Tavanerii*, terram ecclesie, sub censu IIJ turonum argenti, perpetuo faciendis. 1359, die XVIIJ mensis aprillis. Not. fuit Ardissons Fabri. Grossatum per Anth. Astiui. (23',3). 18 avril 1359.

148. Homagium prestitum dom. Guillelmo de Vergeyo, gubernatori Dalphinatus, prestitum per nobilem virum Reynaudum de Monte Albano, filium et heredem predicte nobilis Alysie, videlicet de predicta medietate Argenterie (cf. n° 109).

---

(1) Il manque ici quelque chose, par exemple : *cecidissent.*

1360, die vi mensis julii. Not. fuit Franciscus de Fabrica. (5',5). 6 juil. 1360.

149. Instrumentum affictamenti serviciorum et m[un]itorum (1) mandamenti Argenterie pro parte dom. Reymondi de Monte Albano, militis, et Reynaudi, ejus filii, facti hominibus suis pro quinque florenis auri fini et boni ponderis, quostante instrumento recepto per Ardissonum Fabri. 1360 et die xiiij mensis septembris. Grossatum per Anthonium Astiui. (9,2). 14 sept. 1360.

150. Instrumentum vendicionis facte per dom. Helignorem Allamande, condominam Argenterie, Johanni Bonardelli, filio condam Petri Bonardelli, dicti loci, habitatoris Briansoni, de quadam petiam terre seu *rota*, sita in territorio Argenterie, ab Hospitale, juxta iter publicum superius, pratum dotale Petri Violini alias Grossi, pratum magistri Petri Floris, notarii, pratum Jacobi Clementis et pratum Hospitalle *(sic)*. 1361, die xx mensis aprillis, apud Argenteriam. Not. fuit Ardissonus Fabri. (34',1). 20 avril 1361.

151. De ecclesia et confratria Argenterie. — Instrumentum seu clausule testamenti Rambaude, filie condam Anthonii Ysoardi, uxor[is] Francisci Floris, dicti loci de Argenterie. Elegit suam sepulturam in ecclesia beate Appollinaris, cui legavit unam petiam terre, site apud Grolerias, juxta iter et terram Guillelmi Berardi, a duabus partibus; pro qua sascerdos *(sic)* quicunque fuerit, anno semel, celebrare tenetur, et facere, super ejus sepulturam, processionem. 1361, die x mensis augusti. Not. fuit Ardissonus Fabri. (20,3). 10 août 1361.

152. Testamentum domine Helignoris, condomine Argenterie. 1361, die xiiij augusti. Not. fuit Petrus Floris. (30',2). [14 août 1361.

153. Recognicio facta per Anthonium Carrellianni, de Briansono, ad instanciam procuratoris domini Argenterie, videlicet unam petiam terre, sitam in condamina Briensoni, sub censu trium obolorum. 1361, die iii mensis octobris. Not. fuit Petrus Floris. (10,4). 3 oct. 1361.

---

(1) Mot d'une lecture douteuse. Les lettres *torum* sont certaines. — En marge : *Servissiorum et munitorum*. Les lettres *itorum* du dernier mot sont également certaines. Cf. *munitio* = *reditus, fructus*.

154. Retentio Johannis Gaillardi, de quadam empcione per eum facta(m) a Johanne Aliey, de Sancto Crespino, de rebus omnibus condam dotalibus Guillermone, ejus uxoris, filieque condam Guillelmi Fabri, sitis in territorio de Argenteria, eidem facta per dom. Reymondum Eynardi, confitens habuisse tercium de xxx et sex florenis. 1362, die vi mensis decembris. Grossatum per Anthonium Astiui. Not. fuit Petrus Floris. (15',3). 6 déc. 1362.

155. Empcio Jacobi Bleny, de Escallono, videlicet : medietatem unius domus site apud Escallonum, juxta viam super, ante, et aliam medietatem dicte domus, et domum Guillelmi, filii Johannis Michaelis, insuper. Ibidem Johannes Gaillardi, castellanus, confessus fuit habuisse tercium. 1364, die xxviii mensis aprillis. Grossata per Anth. Astiui. Not. fuit Ardisson Fabri. (16,1). 28 avril 1364.

156. Empcio Johannis et Guillelmi R[i]perti, fratribus, videlicet omnia bona Petri Riperti, quod ipse habebat in toto territorio de Aguilleta et de Argenteria, a rivo Cruseti ultra et supra, versus Agulletam insuper. Ibidem dictus Johannes Bernardi, castellanus, eosdem retinuit, confitens habuisse tercium. 1364, die viii mensis maii. Grossata per Anth. Astiui. Not. fuit Ardisso[n]us Fabri. (16,2). 8 mai 1364.

157. In eadem pelle (cf. n° 158), empcio Johannis Giraudi, videlicet quamdam peciam terre, sitam apud Beceam, juxta viam publicam; item, terciam partem unius domus, site ibidem prope, paulo superius. Et ibidem nobilis Boniffacius Ysoardi et Johannes Ysoardi, castellani, ipsum investiverunt, et confessi fuerunt habuisse tercium. 1364, die xiiii mensis jullii. Not. fuit idem Ard. Fabri. (17,2). 14 juil. 1364.

158. Empcio Johannis, filii Petri Giraudi, videlicet quamdam petiam vinee apud domos Giraudorum, juxta vineam dicti emptoris et viam publicam inferius. Retentus per Guillelmum Ber[n]ardi, castellanum, confitens habuisse tercium. 1365, die ix mensis maii. Not. fuit Ardisson Fabri. (17,1). [9 mai 1365.

159. Empcio Petri Riperti, facta a Guillelmo Riperti, filio Johannis, videlicet omnia bona mobilia et inmobilia ad Petram Tailliatam, territorio Argenterie. Retentus per Johan-

nem Bernardi, castellanum, confitens habuisse tercium. 1365, die vii mensis januarii. Grossata per Anth. Astiui. Not. fuit Ardissonus Fabri. (16,3). 7 janv. 1365/6.

160. Empcio Johannis Juvenis, alias de *Aquilono*, videlicet res infrascriptas, sitas in territorio Argenterie, apud Beceam, a porta foraminis Rostagnii citra : primo quamdam vineam sitam ibidem; item, unam petiam terre, juxta rivum; item, unam petiam terre sitam *a Jehan Clare* ; plus, quosdam nuces, sitos in dicto *Clare*, facientes nobili Reymondo Eynardi quartum unius galline (1). Item, alia bona quod (*sic*) dicti venditores (2), videlicet sicut pertinet iter pontis de Gamores, ad domos Grossorum, usque ad iter publicum tendens ad foramen Rostagnii. Fuit retentus per nobilem Fasium Ysoardi, castellanum, et Johannem Bernardi, confitentes habuisse tercium. 1365, die xxiii februarii. Grossata per dictum Astiui. Not. fuit Ardissonus Fabri. (16',2). 23 févr. 1365/6.

161. Instrumentum licencie petite per Albertum Albane. Vellit constituere de novo quamdam alveum seu bedale molendi, incipientis de subtus ponte vocato Gamores, contra terram liberorum Jacobi Garcini; qui castellanus Argenterie sibi dicto Alberto dedit licenciam. 1365, die xv mensis marcii. Grossatum per Anthonium Astiui. Not. fuit Ardissonus Fabri. (32,3). 15 mars 1365/6.

162. Empcio facta per nobilem Boniffacium Ysoardi, de Argenteria... a nobili Reynaudo de Monte Albano, condomino Argenterie, videlicet tachiam et jus percipiendi aque, venandi quandocunque nobilis Reynaudus venditor, etc., super possessionibus dicti nobilis Boniffacii, sitis in territorio Argenterie, cum laudimiis : primo, super quamdam petiam terre octo sect. et vinee iiii sect. et quamdam domum, sitas ad Grollerias; item, super trium eminatarum terre ad [h]ortum Curie; item super quamdam terram octo sect. sitam *à les Fonses;* item, super quamdam petiam terre apud Campum *Nagis*, cum domo; item, super quamdam petiam prati sitam *à Malateria*, cum quadam domo; item, super quamdam aliam petiam

(1) En marge : *Censum, quartum unius galline.*
(2) Sous-entendu ; *vendiderunt.*

prati ad pratum de Rostagnio ; item, super quamdam aliam petiam prati ad Serveriam (1): quas res superius confrontatas tradidit dicto Bonifacio. Item, eidem vendidit quoddam casale infra villam de Argenteria, subtus castrum, precio L florenorum auri. Not. fuit Petrus Medici. 1366 et die XIIII mensis aprillis. (11,1). 14 avril 1366.

163. Aliud instrumentum venditionis facte, ut precedens (cf. n° 162), per dictum nobilem Reynaudum de Monte Albano, videlicet nobili Fasioni Ysoardi, de Argenteria... 1366, die V mensis maii : de tachiis et laudimiis. Not. fuit Petrus Barrelli. (11',2). 5 mai 1366.

164. Instrumentum affranchiamenti per dictum dom. R[aymundum] de Monte Albano et Rey[naudum], ejus filium, de tachiis, laudimiis seu de terris, pasqueragiis et charnagiis ac etiam coroatis. 1366, die penultima mensis novembris. Not. fuit Petrus Floris. Grossatum per Anthonium Astiui. (9',1). 29 nov. 1366.

165. Transactio seu remissio facta, cum redonatione, per certos homines de brevi Montis Albani, de certa donatione predecessorum eorumdem, facta per dom. Raymondum de Monte Albano, et Reynaudum, ejus filium, constante instrumento recepto et grossato per Petrum Floris, notarium, 1366, die penultimo mensis novembris. Que redonacio fuit recepta per Petrum Gauteruti, de Vienna, et signata 1459, die XVI octobris, per CCXVII (cf. n° 248). (19',4). 29 nov. 1366.

166. Donatio facta per dictos dominos (cf. n° 164) hominibus suis de Argenteria, de tachiis, censibus, laudimiis super hominibus dom. Margarite de Rupeforti, condomina Argenterie. Anno et die quibus suppra. (9',2). 29 nov. 1366.

167. In eadem pelle (cf. n° 159), quod Johannes Fabri, vendidit seu permutavit Petro Fabri, avanculo (*sic*) suo, unam petiam prati, sitam in Plano, ultra rivum Fornelli, juxta pratum heredum condam Jacobi Bonardelli, pratum dicti Ardissoni dotale, traditam per Johannem Fabri; et dictus Petrus concessit dicto Johanni duas partes unius petie prati, siti apud Salsam, juxta riperiam rivi; item plus, quar-

(1) En marge : *Tachie de Grolleriis, Serveria.*

tam partem bedali de Escalliono. Et ibidem fuerunt retenti per Boniffacium Ysoardi, castellanum, confitens habuisse tercium. 1367, die III mensis februarii. Not. fuit Ardisson Fabri. Grossatum per Anth. Astiui. (16,4). 3 févr. 1367/8.

168. Retentio facta per nobilem Reymondum Eynardi, militem, videlicet magistrum Petrum Floris et Johannem Girardi, de quadam empcione per eos facta(m) a dom. Reymondo de Monte Albano et Reynaudo, ejus filio, in pede prati, circa sect., juxta iter publicum, pratum dictorum emptorum, a parte superiori, et viredarium Hospitallis; confitens habuisse tercium, quinque florenorum auri. 1369, die VI mensis jugnii, apud Argenteriam. Not. fuit Ardisson[us] Fabri. Grossatum per dictum [Anth.] Astiui. (16',1). 6 juin 1369.

169. Instrumentum empcionis [Johannis Porte, de Argenteria; empta a Guillelmo Berardi, de Grolleriis, videlicet unam petiam terre, sitam apud Villare, in territorio de Argenteria, juxta terram Guillelmi Bonardelli, terram Petri Porte et juxta viam publicam desuper, precio quinque florenorum auri fini et boni ponderis, cum dymidio. 1370, die IIIJ mensis jugnii, apud Argenteriam. Not. fuit Ardiso[n]us Fabri. (50,3), [4 juin 1370.

170. Instrumentum affictamenti, cum Jacobus Goerandi vendidit Giraudo Dalmacii unam petiam terre et prati, cum domo, simul contiguis; plus, unam petiam vinee, sitam supra Reclusum, sub censu V florenorum auri fini et boni ponderis. 1370 die IIIJ mensis marcii. Not. fuit Petrus Floris. Grossatum per Anth. Astiui. (10,5). 4 mars 1370/1.

171. Empcio medietatis castri Argenterie per nobilem Reymondum Eynardi, militem, et hoc a nobili Reynaudo de Monte Albano, de licencia viri nobilis Reymondi, ejus patris (1). 1371, die XXII mensis jugnii. Not. fuit Jacobus Lagerii. (6,4). 22 juin 1371.

172. Instrumentum ratifficacionis, facte per dom. Rey[mondum] Eynardi, militem, de libertatibus factis hominibus suis Argenterie, noviter acquisitis a domino de Monte Albano

---

(1) Cette acquisition eut lieu moyennant la somme de 1200 florins (cf. le n° 177, ci-après, et *Arch. de l'Isère*, B. 2623).

supra dictis (cf. n° 171). 1371, et die XXII mensis augusti. Not. fuit dictus Petrus Floris; grossatum per dictum Astiui. (9',3). 22 août 1371.

173. Instrumentum concordie inter homines de Becea et dom. Raymondum Eynardi, militem, super quadam inquisicione facta; fuisse veridica, quia informacio subsecuta, in loco de Argenteria, contra Guillelmum Viallis, Johannem de Aquilono, Johannem Vialleti et Meyngardam, uxorem Petri Viallis, Hugonem de Chamino, Petrum Grossi et ejus neppotem Johannem Melquiondi, antiquiorem, filium condam Hugonis Melquiondi, Johannem Melquiondi, juniorem, et Johannem, filium condam Giraudi Melquiondi, de Becea, territorii de Argenteria : super eo quod tachia bladorum et feni, r[ac]emorum et possessionum, quas in dicto loco de Becea, a foramine Rostagnio citra, tenent et possident, sub dominio dicti militis, a quinque annis citra, etc., quamvis dicti Guilhelmus Viallis... dixerunt quod eorum culpa solvendi non sint : tandem, in presencia dicti militis, Guillelmus Viallis, personaliter constitutus, etc., concordavit cum dicto dom. ad XIIIJ florenos auri, pro arreragiis dictarum tachiarum. 1371, die prima mensis septembris. Not. fuit Petrus Floris. Grossatum per Johannem Fabri, de Argenteria. (24,2). 1er sept. 1371.

174. Instrumentum recognicionis seu permutationis facte inter dom. Raymondum Eynardi, militem, et Petrum Floris, de certis affranchimentis per eumdem factis, de bonis nobilis Margarite de Ruppeforti, ejus uxoris, et post fuerunt tradite nobili Boniffacio Ysoardi, ejusdem loci, pro certo precio. 1371, die XV mensis septembris, apud Argenteriam. Not. fuit Ardisso[n]us Fabri. (24',1). 15 sept. 1371.

175. Instrumentum recognicionis Hugonis Allardi, de Podio Sancti Romani Vallis Pute, facte de quodam tenamento pratorum, sitorum in territorio Argenterie, loco dicto *in Servella*, sub censu XII solidorum monete currentis. 1371, die XV mensis decembris. Not. fuit Petrus Floris. Grossatum per Joh. Fabri, not. (31',3). 15 déc. 1371.

176. Homagium de medietate Argenterie, cum dominio, Gubernatori per nobilem Reymondum Eynardi, nomine

nobilis Margarite, uxoris sue. 1372, die XIIIJ octobris. Not. fuit Humbertus Pillati. (6,2). 14 oct. 1372.

177. Instrumentum solucionis, cum quictancia, duodecim centorum florenorum auri, solutorum predictis de Monte Albano. 1373, die festo beati Michaelis. Not. fuit Jacobus Lagerii. (6,5). 29 sept. 1373.

178. Homagium dom. Gubernatori per predictum nobilem Reymondum Eynardi de predicta medietate per eum empta a predictis dominis de Monte Albano. 1373, die ultima mensis januarii, cum retentione et solucione laudimii, soluti Bernardo de Monte Lechico, thesaurario dalphinali. Not. fuit Johannes Nicoleti. (6',1). 31 janv. 1373/4.

179. Instrumentum concordie inter dom. Raymondum Eynardi, militem, et universitatem Argenterie, super tailliis commitallibus, ascendentibus XLVI libras bone monete. Et fuit concordatum quod dicta universitas solvat de cetero dictam tailliam, ad racionem XVII solidorum pro floreno grossi ponderis et quod de cetero nequiant solvere pro minori valore seu cursu accipere. 1377, die XIX mensis februarii, apud Argenteriam. Not. fuit Johannes Fabri. (32,2). 19 févr. 1377/8.

180. Quittancia data per Inquisitorem domino Argenterie, pro certis expensis factis in pugniendo certos hereticos. 1380, die VIIJ februarii. Not fuit Franciscus Mercerii. (26,4). [8 févr. 1380/1.

181. Empcio, cum retentione, Johannis Bonardelli, filii condam Giraudi, presenti et ementi a Guillelmo Bonardelli, videlicet unam petiam terre, sitam in *Signis Cleriis*, cum (h)onere suo servitutis, juxta viam publicam et terram mei notarii, ex duabus partibus; item, unam petiam vinee, francam et nitidam, cum arboribus intus affixis, sitam apud Reclusum, juxta viam publicam de subtus, et terram Petri Fabri et vineam Giraudi Dalmacii; item, aliam petiam terre, sitam de super Troyllium, juxta vineam Fabrorum, de Ecclesia, et viam publicam de subtus, et, a latere, juxta terram Johannis Riperti. Fuit retentus per nobilem Reymondum Eynardi, militem; quem [qui] emptionem laudavit et ratifficavit, confitens habuisse tercium, etc. 1381, die XVII mensis octobris.

Not. fuit Ardisson Fabri. Grossatum per Anthonium Astiui. (17',2). 17 oct. 1381.

182. Empcio Johannis Fabri, nepotis Petri, videlicet de certis petiis pratorum, sitis in Alpe Martino, in riperia rivi Choussii, in cloto de Balma, in Passeto; item, aliam petiam prati, sitam in dicta riperia, cum retentione. Fuit retentus per Anthonium Garcini, castellanum Argenterie, confitens habuisse tercium. 1381, die XII mensis marcii. Not. fuit Ardi. Fabri. Grossatum per Anth. Astiui. (17',1). 12 mars 1381/2.

183. Aliud instrumentum dicte confratrie (cf. nº 72), de dictis duobus sect. cum Petro Juliani. 1386, die XIII jugnii. Not. fuit Johannes Aloys. Grossatum per eumdem [Johannem] Radulphi]. (12,2). 13 juin 1386.

184. Vendicio facte per dom. Reymondum Eynardi, militem, de bonis confiscatis Bartholomei et Johannis Bonardelli. 1389, die II aprillis. Not. fuit Petrus Salomonis. (4',3). [2 avril 1389.

185. Vendicio facta per Anthonium Moteti, de Briensono, alias *Dodin*, facta(m) nobili Johanni Boyselli, Matis[c]onensis diocesis, ibidem presenti, ementi, etc.: VIIJ sect. vini albi censualia, que dictus Anthonius venditor percipiebat, annis singulis, super quadam vinea, sita in territorio Argenterie, loco dicto in Plano de Oliveriis, juxta viam, pratum censuale quod fuit Francisci Chaysii condam, juxta vineam censualem Johannis Rolandi, de Briensono, cum aliis rebus inde obligatis, etc. Que tenent heredes Johannis Olive et heredes Petri Olive, de Argenteria. Qui dictus Anthonius Moteti venditor acquiesierat a nobili Guillelmo Pachodi, habitatore Briansoni, et qui Guillelmus acquisierat a Guillelmo, filio condam Francisci Chaysii, de Briensono, constante instrumento, per Johannem Amedei, precio XXXVI florenorum boni auri, ponderis merchandalis. 1394, die XX mensis septembris, apud Briensonum. Not. fuit Johannes Amedei, de Briensono. (29,2). 20 sept. 1394.

186. Rotullus, pro parte seu brevi nobilis Johannis Eynardi *Patas*, domini moderni. Que pars fuit predictorum de Monte Albano, 1396, die XIX mensis septembris... Sig. per E. (30',1). [19 sept. 1396.

187. Cum Giraudus Dalmacii et Floreta, ejus uxor, vendi-

derunt nobili Boniffacio Ysoardi, de Argenteria, videlicet quamdam petiam prati, siti in territorio Argenterie, videlicet nobili Boniffacio Ysoardi, quostante instrumento recepto per Johannem Fabri, notario, 1385, die XIII novembris; qui predictus nobilis Boniffacius remisit Petro Porte, filio Johannis Porte condam, dicti loci de Argenteria, dictam petiam prati, prout etiam continetur in quadam nota recepta manu mei jam dicti notarii, sub anno 1395, die XVI mensis novembris; nec non Giraudus Fabri vendidit prenominato Petro Porte quamdam petiam prati, ut continetur nota recepta manu mei notarii, 1396, die VI mensis februarii, et hoc sub certo precio, etc. Hinc est quod Anthonius Garcini, castellanus, certifficatus de dictis venditionibus dictum Petrum Porte retinuit, confitens habuisse tercium. Grossatum per Anthonium Astiui, de papiris magistri Johannis Fabri. (18,3).

13 nov. 1385, 16 nov. 1395, 6 févr. 1396/7.

188. Emptio Johannis et Guigonis Levesie, fratribus, ementibus, etc., videlicet : unam petiam terre et orti sibi contiguis, unam domum intus etiam edifficatam, sitis in Serro Petri Aye. Item etiam aqua et aquagio fontis Secussie, site ibidem, paulo superius dicte petie terre et orti pertinentiis, site juxta terram dotalem Johannis Leves[i]e, emptoris, juxta iter publicum, et juxta aream comunem sitam ibidem, et juxta rochassium a capite et in pede, cum retentione facta per Anthonium Garcini, castellanum, confitens habuisse tercium. 1397, die XXV marcii. Not. fuit Johannes Fabri. Facit dictus fons unum pulum per albergamentum. (21,1). 25 mars 1397.

189. Empcio Petri Porte, filii Petri, alias *Perrache*, nomine suo, Jacobi Poncii, Johannis et Guillelmi Porte, fratribus, videlicet : unam petiam terre, loco dicto apud Villarium, juxta iter publicum, juxta terram Petri Porte, filii condam Johannis, juxta terram Stephani Gerberii. Fuit retentus per dictum Anthonium Garcini, castellanum, confitens habuisse tercium. 1397, die XV mensis aprillis. Not. fuit Johannes Fabri. (18',2). 15 avril 1397.

190. Empcio Guillelmi Bonardelli, filii Johannis, videlicet: unam petiam terre, cum arboribus, nec non *drayam* tendentem versus Petras Grossas, loco dicto apud Ubacum, juxta

terram Johannis Porte; dum fuit retentus per Anthonium Garcini, castellanum, confitens habuisse tercium. 1397, et die III mensis maii, apud Argenteriam. Not. fuit Johannes Fabri. (18,1). 3 mai 1397.

191. Empcio Johannis Pellegrini, filii condam Poncii, de Plano Lautaudorum, ementi, etc., medietatem cujusdam grangie et totum stabulum quod constructum subtus dictam grangiam, sitam apud *Aguilletam subtusiore*, juxta heredes Petri Pellegrini; item, medietatem unius orti ibidem; item, omnes alias res, etc., cum retentione Boniffacii Ysoardi; testis, Anthonius Garcini. Castellanus pro domino dicti loci ipsum retinuit, confitens habuisse tercium. 1397, die XXIX maii, grossata per Astiui. Not. fuit Johannes Fabri. (21,3). [29 mai 1397.

192. Empcio Johannis Melquiondi, filii condam Guillelmi, alias *Berthieu*, dicti loci Argenterie, videlicet quodam tenamentum continens in se terras, domos, silicet contiguis (*sic*), in territorio Argenterie, apud Beceam, juxta terram Guillelmi Anthoardi a duabus partibus, cum retentione facta per Anthonum Garcini, castellanum, confitens habuisse tercium. 1397, die XVI jugnii, apud Sanctum Martinum. Not. fuit Johannes Fabri. (21,2). 16 juin 1397.

193. Empcio Johannis Melquiondi, filii condam Guillelmi, alias *Bertiui*, de Argenteria, ementi, etc., ab Andrea Bruni, de Sancto Martino, videlicet quodam tenamentum, continens in se terras et domos contiguas, sitas infra territorium Argenterie, ad Beceam, juxta terram Guillelmi Antoardi a duabus partibus, cum retentione facta dicto emptori per Anthonium Garcini, castellanum, confitens habuisse tercium. 1397, die XVI jugnii. Not. fuit Johannes Fabri. (18',1). 16 juin 1397.

194. Empcio Petri de Orseria, filii condam Johannis, ementi[s] et stipulantis nomine Usane, ejus uxoris, videlicet: res infrascriptas, sitas apud Beceam, in territorio Argenterie: et primo, unam petiam terre, juxta terram Petri Gaillardi, juxta rivum de Rubeis; item, unam aliam petiam terre, sitam ibidem, juxta Johannis Gaillardi; item, unam petiam prati, sitam in plano Hospitallis, apud Sablonerias, juxta pratum Guigonis Giraudi et juxta iter publicum, cum omni eorum

(h)onere. Retentus fuit per Anthonium Garcini, castellanum, confitens habuisse tercium. 1397, die xxi octobris. Grossata ista duo instrumenta (cf. nº 190) per Anthonium Astiui. Not. fuit Johannes Fabri. (18,2). 21 oct. 1397.

195. Sequuntur rotulli taillie commitallis Argenterie, ascendente quolibet rotullo xxiij libris et i solido, quantum ad dictam tailliam committallem, ut in dictis rotulis continetur. Et primo, rotullus divisus et perequatus apud Argenteriam inter homines dom. Margarite de Ruppeforti, et hoc de brevi suo et super hominibus suis. 1399, die xi mensis septembris. Not. fuit Johannes Fabri. Numerus per alphabetum signatus per A (1). (30,1). 11 sept. 1399.

196. Homagia prestita nobili Johanni Eynardi, per homines de brevi Montis Albani. 1401, die iii mensis februarii. Not. fuit Matheus Fasii. Grassatum per Baptistam Perverini. (6',3). [3 févr. 1401/2.

197. Instrumentum recognicionis montanee vocate Alpis Martini, in territorio Argenterie, cum talia commictalli. 1401, die ix mensis februarii. Grossatum per Baptistam Perverini. Not. fuit Matheus Fasii. (32',2). 9 févr. 1401/2.

198. Recognitiones domine Margarite de Rupeforti, condomine Argenterie. 1401, die ix mensis februarii. Not. fuit Mathens Fasii. Grossate per Baptistam Perverinni, *de Bredino.* [de Ebreduno]. (2',3). 9 févr. 1401/2.

199. Rotulum recognicionum dom. Margarite de Ruppe Forti. 1401 et die ix februarii. Grossatum per Matheum Perverini (*En marge* : Not. fuit Matheus Fasii). (4,3). [9 févr. 1401/2.

200. Copia copie recognicionum receptarum per Matheum Fasei ad opus dom. Margarite de Ruppe Forti. 1401, die ix februarii. Actum apud Argenteriam. Folii viij. (35,2). [9 févr. 1401/2.

201. Recognitio et revelatio facta per Johannem Fornerii, filium condam Johannis. Constitutus coram nobili castellano dicti loci, exposuit et dixit, et sponte, quod ipse solvit et solvere consuevit annuatim unum grossum de O rotundo, pro

(1) Autres rouleaux de 1406, 1408, 1424, 1426, cotés B, C, G, H.

quodam prato, sito retro castrum, ad Molendinum, juxta suos confines. 1403, die xx mensis februarii, apud Argenteriam, in platea, etc. Grossata per Antonium Astiui. Not. fuit Johannes Fabri (1). (19',1). 20 févr. 1403/4.

202. Permutatio facta inter Phillipam, uxorem condam Poncii Amfossii, habitatorem Pignerolli, et Johanneta[m] filia[m] dicti Poncii, ambo simul, et Michaelem Pellegrini alias Bertrandi; qua dicta Johanneta et Phillipa, primo unum campum apud Torundetum, supra viam, unam vineam Lautaudorum, unum campum apud Planum Lautaudorum, unum parvum pratum in Closetis, unum pratum situm subtus *iter Romipetore*, de medietate unius domus; et dictus Michael, in recompenssacione predictorum, quodam pratum subtus iter Romipetore : ad habendum, tenendum, etc. 1406 et die xx mensis jugnii, apud Argenteriam. Not. fuit Johannes Fabri. (21',1). 20 juin 1406.

203. Empcio nobilis Anthonii, filii nobilis Fasii Ysoardi, de Argenteria,... a Johanne Rolandi, de Briensono, videlicet IIII sect. vini albi, ad mensuram dicti loci, quod eidem facit Martinus Martini, de *Biau Regart*, et hoc de quadam vinea quam tenet ab eodem, sita in Rostagno. 1407. Not. fuit Andreas Charbonelli, de Briensono. (11,1). 1407.

204. Homagium Johannis Melquiondi, de Becea. Recognovit esse hominem ligium domine Margarite de Rupeforti. 1408, die XXIJ octobris. Not. fuit Johannes Fabri. Grossatum per Astiui. (7,3), 22 oct. 1408.

205. Homagium nobilis Johannis Eynardi, domini Montis Lauri et cumdomino[-ni] Argenterie. 1413, die penultima octobris. Not. fuit Petrus Paneti. (6',5). 30 oct. 1413.

206. Aliud homagium predicte nobilis Margarite de Rupe forti, condomina Argenterie, prestitum dom. Gubernatori, per nobilem Johannem Eynardi, nomine et ut procuratore predicte domine, matris sue. 1413, die III mensis novembris. Not. fuit Petrus Paneti. (6,3). 3 nov. 1413.

207. Homagia illorum de *Bescea*, videlicet: Johannes Melquiondi, Petrus Melquiondi, Anthonius Melquiondi, Johannes

(1) *En marge, écriture du* XVe *siècle* : Tenet Jordanus Alphandi.

Melquiondi, filius Michaelis condam, Poncius Melquiondi, filius condam Guillelmi. 1423, die xvi jugnii. Not. fuit Johannes Fabri. Grossatum per Anthonium Astiui. — Et, in eadem pelle, homagium Jacobi Humberti. 1423, die vi mensis novembris. Idem notarii. (7,1). 16 juin, 6 nov. 1423.

208. [Liber] homagiorum prestitorum per homines universitatis Argenterie, tam de brevi seu parte de Monte Albano, quam dom. Margarite de Rupeforti, condomina[-ne] Argenterie. 1433, et die penultima mensis maii. Not. fuit Souda[n]us Rebaudi. (6',2). 30 mai 1433.

209. Recognicio nobilis Reymondi Eynardi, domini Argenterie, faciens mencionem de talia comitali et de VII^{xx} et IIIJ sect. avene et sex solid. per alpagio (*sic*) de Aiis, et hoc pro pedas casten. hominum Argenterie. 1436 et die iii mensis decembris. Not. fuit Bermondus Bermondi. (5,2). 3 déc. 1436.

210. Transactio seu recognicio facta per universitatem Argenterie domino dicti loci de talia comittali de Alpe Martino et de certis aliis. 1436, die xiii decembris, apud Argenteriam. (2',5). 13 déc. 1436.

211. Alia transatio facta inter nobilem Raymondum Eynardi, ex una parte, et certos homines, nomine ejus communitatis de *Fressoneria*. Primo Johannes Rodulphi, etc., ut plenius continetur in dicto instrumento. 1437, die xxi mensis junii. Not. fuit Franciscus Chambrerii, Gronopolitane diocesis. (20,1). 21 juin 1437.

212. Alius rotullus [talie comitalis] ut supra (cf. n° 195), tam nomine et brevi predicte dom. Margarite et super hominibus suis, quam de brevi seu parte acquisite[-ta] per dom. Raymundum de Monte Albano et Reynaudo, ejus filio. Hic fuerunt juncti dicti homines, quia tota Argenteria erat per ante divisa predictis condominis, et hic fuit heres et dominus in solidum nobilis Raymondi Eynardi et Argenterie dominus. 1437, die xxviiJ mensis augusti. Not. fuit Johannes Fabri. (30,2). 28 août 1437.

213. Transactio facta inter nobilem Raymondum Eynardi, dominum Argenterie, ex una parte, supra plures questiones, et tocius universitatis Argenterie et mandamenti. 1438, die xxii

mensis maii. Grossatum et receptum per Soud[anum] Rambaudi, de *Brudino* [de Ebreduno]. (19',2). 22 mai 1438.

214. Alia transactio facta per dictum dominum [Argenterie] et universitatem predictam (*voir le titre p. I* et note*), 1438, die xxii maii. Not. fuit Sodanus Rambaudi. (3,1). 22 mai 1438.

